IN dieb⁹ illis. Locut⁹ est dñs. Ex esaie ca.vij. De chr̄o ad lrāz hec pphetia ē intelligēda: etiā euāgeliste testimōio/ q̄ hec vba ad chr̄i tpalē gnationē ptinere dicit. hoc tm inq̄t factū est: vt impleret/ qđ dictū est p pphetā dicētē. Ecce vgo habebit in vtero ⁊c. Sz q: plures sensus lrales pñt dari in eodē vbor ɔtextu: exponat in vtroq; sensu/ quē pre se fert lrā/ ⁊ q̄ subintelligit. Achaz rex fuit iuda a Saule q̄rtusdecim⁹: ad quē nūc loq̄t dñs p esaiā. Signū. s. liberatiōis ppl̄i tui. In pfundū. s. p resurrectionē alicu⁹ mortui. In excelsuz/ vt qđ stet sol vt tpe Josue. Nō tētabo dñm. simulat se bonū Achaz cū sit malus. vñ pphēta infert. hoibus. i. pphetis q̄s molestat. Deo meo. nolētes eius signū accipe. Propter hoc. i. ad gloriam suā: aut ne sitis illi molesti. Dabit signum. scz liberationis populi. Ecce vgo ɔcipiet. hoc de vgine deipara est simpliciter intelligēdū/ iudeis etiā repugnātibus. Emmanuel. qđ interp̄tat nobiscū deus: nulli magis/ q̄ christo adaptari potest: in quē natura diuina ⁊ hūana coierunt.

Butyrum & mel, per quę omne edulium nomini aptum intelligit: est autem butyrũ bubulus caseus. Ut sciat. vt particula non causatiue, sed coniunctio tantum est ordinẽ demonstrans. Reprobare malum & eligere bonum. per scientiam iam inde ac conceptuz infusam homini: qui idem erat deus.

¶ Feria sexta eiusdem hebdomadę.

Haec dicit dñs dẽ. Egredietur virga. Ex Esa. ca. xi. in quo pphetа pmo describit mysteriũ incarnationis verbi diuini: & eiusdẽ natalis. deinde illius sctitatem dotesq; enũerat. Egredietur vrga. vgo dei pura, q̃ ducebat origine a Dauid rege, qui fuit iesse siue Isai filius. Et flos. i. chrĩus. de q̃ in cãticis. Ego flos cãpi, & liliũ cõualliũ. Spũs dñi: q̃ in eũ cõferet septẽ sua dona: q̃ hic enũerãtur. Oclorũ & auriũ. s. corpaliũ: sz iudicabit p sciẽtiã infusam, q̃ ẽ hõ, aut p increatã: q̃ deus.

butyrum & mel comedet: vt sciat reprobare malũ & eligere bonum.

Fer. vi. Esaiæ prophetæ. Cap. xi.

HAec dicit Dominus deus Egredietur virga de radice iessæ: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spũs dñi, spũs sapientiæ & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spũs sciẽtiæ & pietatis, & replebit eum spũs timoris dñi. Non secũdum visionem oculorum iudicabit, nec secundum auditũ aurium arguet, sed iudicabit in iusticia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui: & spũ labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lumborũ ei9, & fides cinctorium regnum eius.

Arguet, p mãsuetis qd fecit, qñ arguit phariseos, q̃ aplos insimulabãt, qd sabbata violabãt. Percutiet terrã. i. habitatores terrę. Uirga oris. i. doctrina. Interficiet impium. de ãtichristo intelligit: de q̃ apls in epla Thessa. ij. tũc, reuellabit ille iniquus, quem dñs Jesus interficiet spũ oris sui. Justicia cingulum. i. iusti & sancti adhęrebũt ei sicut cingulũ adhęret lumbis. In Chaldeo legit, erũt iusti circũ circa ei: & agẽtes fideliter appropinqntes ei: qd dicit, ppter aplos & discipulos. Cinctoriũ. nescio an vsq; apd autores cinctoriũ legat: p eo qd est cinctus: siue cinctura, siue semicinctum.

¶ Sabbato eiusdem hebdomadę.

IN dieb9 illis. Clamabũt ad dñz. Ex Esa. ca. xix. vbi postea q̃ dixit ppheta. erit altare dñi in terra ęgypti infert / clamabũt ad dñm, scz ęgyptij. Tribulãtis. i. psecutoris. Propugnatorẽ. i. defensorem siue protectorem. Ab ęgypto. i. ab ęgyptijs liberati.

Sabbato. Esaiæ pphetæ. Cap. xix.

IN dieb9 illis. Clamabũt ad dñm a facie tribulãtis, & mittet ei saluatorẽ & ppugnatorẽ, q liberet eos. Et cognoscet dñs ab ægypto, & cognoscẽt ægyptij dñm in die illa, & colẽt eũ in hostijs & muneribus, & vota vouebũt dño, & soluẽt. Et pcutiet dñs ægyptũ plaga, & sanabit eã. Et reuertent ad dñm, & placabit eis: & sanabit eos dñs deus nr.

Et ęgyptij. bonorũ psecutores. Plaga. i. pęna tpali ad castigatiõem. Et sanabit eã per fidem. Placabitur eis. i. ex irato mitescet.

HAec dicit dominus. Letabitur. Ex esa. ca. xxxv. in quo postea q̃ in capite p̄cedenti denunciauit destructiōem idumee ad ꝯsolatiōem iudeoꝝ/hic denunciat eis cōsolationē a chr̄o venturā. ⁊ p̄mo de multitiplicatiōe credētiū: deide de illoꝝ corroboratiōe. Letabitur deserta. s. iudea. Et inuia: q̄ in desertis locis non sunt vie strate. Exultabit solitudo/ quō dr̄ mōtes exultauerūt. Germinās germinabit. ex idiomate hebraico geminatio illa multitudinem designabit. Letabunda corde. Et laudās. s. ore. Gloria libani: q̄ abūdat arboribus pulcherrimis. Decor Carmeli. mons in deserto non lōge ab hebron. Sarō. regio est inter montem Thabor ⁊ mare Tyberiadis. Gloriam dñi. i. chr̄m gl̄iam dei patris. Cōfortate. hec est secūda pars. ⁊ sunt v̄ba prophete ad Ap̄los. Manus disso/ ⁊ genua debilia. s. gentiū: q̄ erāt desides ad fidem accipiendā. Roborate ad patiendos ꝑ christo dolores. Dicite. i. p̄dicate. o pusillanimes ⁊c. Ultiōem retributionis: in vestros ꝑsecutores. Cecorum. hec a saluatore gesta sūt. In deserto aq̄. propter baptismū dicit: qđ de Philippo/ ⁊ eunucho baptizato ꝑpē dr̄.

¶ Esaiæ ꝓphetæ. Cap. xxxv,

HAec dicit dñs. Lætabitur deserta, & inuia: & exultabit solitudo: & florebit quasi liliū. Germinans germinabit: & exultabit lætabunda, & laudans. Gloria libani data est ei: decor Carmeli & Sarō. Ipsi videbunt gloriam domini: & decorē dei nostri. Confortate manus dissolutas: & genua debilia roborate. Dicite. pusillanimes: confortamini / & nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet: & saluabit nos. Tunc aperiēt oculi cæcorum: & aures surdorum patebunt. Tunc psalliet sicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erat arida in stagnū: & sitiens in fontes aquarū. Ait dñs ops.

Lectio esaiæ prophetæ. Cap. xl.

HAec dicit dominus: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus iudæ. Ecce deus vester. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: & brachiū eius dñabitur. Ecce merces eius cum eo: & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit eos dñs deus noster.

HAec dicit Dominus. Sup montē. Ex esa. cap̄. xl. ⁊ seq̄tur post illā ꝓphetiā / quā posuimus supra/ cuius initiū est consolamini. ⁊ introducit hic consolatoris ꝑsona. i. christi: ⁊ est verbū domini ad Joānem baptistā. Qui euāgelizas Sion. in datiuo: q̄ Joānis predicatio/ ad iudeos est. Ecce deus noster. q̄ digito ostendens illum dixit. Ecce agnus dei. Brachium eius. idest chr̄s q̄ brachiū est p̄ris. Merces eius: q̄ potest retribuere cuiq̄ iuxta merita. Corā illo. idest in ei⁹ volūtate ⁊ potestate. Sicut pastor: Unde ip̄e dicit Joānis. x. Ego sum pastor bon⁹. Et leuabit in sinu. i. portabit more bōi pastoris q̄ morbidas pecudes humero vehit.

Haec dicit dñs: chr̃o meo Cyro. Ex esa. cap. xlv. tibi posteaq̃ ꝓpheta induxit pp̃lm ad expectandũ diuina ꝓmissa: hic p̃dicit futurã illius liberatiõem: ⁊ p̃mo ponit liberatoris potestatem: deinde illius natalem. Chr̃o meo Cyro. p Cyrũ regem ꝑsarũ: cuius tpibus templi reędificãdi fuit exordiũ. hebręi etiã in sensu litterali intelligunt messiã. Cuius dexterã/ q̃si iacentem erigens/ ad multoꝝ ppłoꝝ victoriã. Januas. vrbiũ expugnataꝝ. Glorio sos. potentes ⁊ superbos. Arcana. i. alias res cũ thesauris reconditas. Qui voco nomen tuũ: q: te nomine ꝓprio appello/ qđ honorificũ est. Assimilaui te: subaudi filio meo/ quia sub nomine tuo filius meus intelligitur. Extra me. q: tres ꝑsonę intra deum sunt/ reliq̃ omnia extra in deo tamen fundata. Accinxi te. i. ad bellum armaui. Non cognouisti me. ad Cyrum ꝑtinet hoc: nõ ad filiũ. Creans malũ. i. res/ q̃ de natura sua bonę sunt: homines tamen illis male vtuntur. Pluant iustum. i. a cęlo mittatur christus/ ⁊ descendat/ q̃si pluuia in vellus. Aperiatur terra: quasi partũ emittens ex se. Germinet saluatorem. ea scilicet parte/ quã homo est. Creaui eũ ex terra. nam intra me genui.

In dieb⁹ illis. Angelus domini descendit ⁊c. Ex Daniele cap. iij. historia nota ẽ: ⁊ qua ex causa hi tres pueri fuerunt in caminum ignis iniecti Nabuchodonosor Regis imperio. vbi canticum

barra o cerrojo de yerro

agemeјar

Lectio esaiæ prophetæ. Cap. xlv.

HAec dicit dñs: christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram: vt subijciam ante faciem ei⁹ gentes: & dorsa regum vertam. Et aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: Portas æreas cõteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos: & arcana secretorum: vt scias, quia ego dominus: quia voco nomen tuum deus Israel: propter Iacob seruum meum: & Israel dilectum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me. Ego dominus: & non est amplius, Extra me non est deus. Accinxi te, & non cognouisti me: vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente: quoniam absq; me non est deus. Ego dominus: & non est alter: formans lucem: & creans tenebras, faciens pacem: & creans malum. Ego dominus faciens omnia hæc. Rorate cæli desuper: & nubes pluant iustũ: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul: ego dñs creaui eum.

Danielis ꝓphetæ. Cap. iij.

IN diebus illis, Angelus domini descendit cũ Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammã ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, flamma autem diffusa est sup fornacem cubitis quadraginta nouem, & incendit q̃s reperit iuxta fornacem de chaldæis ministros regis, q̃ eam incendebant. Et non tetigit eos omnino ignis. nec contristauit, nec quicq̃ molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore. Laudabant, & glorificabant, & benedicebant, deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: & laudabilis, & super exaltatus in sæcula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile, & super exaltatum, in

hoc cecinerint. Nam canticum illud/quod ecclesia canit sub nomine trium puerorum in hebreo non habetur. sed ex Theodoctionis translatione sumptum est. Cum Azaria/qui antea vocabatur Abdenago. Et socij eius. scilicet Ananie et Misaeli. Que sequuntur non indigente expositione.

Fratres: Rogamus vos. Ex ep̄la pauli ad Thessa.ij. cap̄.ij. in quo ap̄lus Thessalonicenses diē iudicij vniuersalis instare timentes ꝯsolatur dicēs: aliā multa ante diē illā p̄cessura: puta nūerꝰ electorū cōplēdꝰ et ātichristi aduētꝰ. Et nr̄e ꝯgregationis in ip̄z in greco nostrā ꝯgregatiōēz in eo. Per spm̄. alicuiꝰ diuinationis. Discessio. i. apostasia. grece dicta: q2 potior est aliqn̄ greca dictio q̄ꝫ latina. Homo pcti. i. ātichristꝰ Supra omē/qd̄ dr. in greco supra oēz q̄ dicit̄ deꝰ. hoc ē simulachrū: qd̄ tanq̄ꝫ deꝰ in tēplo ē collocatū. Nō retinetis. i. nō meministis. Quid detineat. s. vt reueleť ille in tp̄e suo. et ē hec p̄phetia pauli de aduētu antichristi.

¶ Dn̄ica. iiij. aduētus. Frēs gaudete. Ex ep̄la pauli ad philip. cap̄. iiij. et ē clausula ep̄le/quā solemꝰ finire p̄ huiꝰ vba. vale: gaude. vsitatius ergo et magis latine diceret vale te. Modestia vr̄a. in greco magis significat iusticiā: vel potius eq̄tatē illā/q̄ est iusticie. siue iuris interp̄tatio/ hoc ē epiiciā. Oēm sensum. in greco non sensum: sꝫ mētē legit̄: neq̄ꝫ custodiat. vt sit modus dep̄catiuus: sed custodiet vt sit indicatiuus. Itaq̄ꝫ multū refert inter vtrāq̄ꝫ qualitatem. quāquā ab hebreis confundatur.

omnibus sæculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & super laudabilis, & super gloriosus in secula. Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes sup̄ cherubim, & laudabilis, & super exaltatus in secula.

Beati Pauli ad Thessaloniceñ. ij. Capite. ij.

Fratres. Rogamus vos per aduentum domini nostri Iesu christi, & nostrę congregationis in ip̄m, vt non cito moueamini a vestro sensu, nec terreamini, nec per spiritum, nec per sermonem, nec per epistolam, tanq̄ꝫ per nos missam, q̄si instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi discessio venerit primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur, supra omne, quod dicitur deus: aut qd̄ colitur, ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanq̄ꝫ sit deus. Num retinetis, q̄ cum adhuc essem apud vos, hæc dicebā vobis? Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tēpore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt, qui tenet nunc, teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus Interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.

Dominica quarta Pauli ad Philippenses. Capite. iiij.

Fratres. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dn̄s em̄ prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarū actione: petiones vestræ innotescant apud deū, & pax dei, q̄ exuperat omnē sensum, custodiat corda vr̄a, & intelligentias vestras, In christo iesu dn̄o nostro.

¶ In vigilia natiuitatis domini.

PRopter Sion non tacebo. &c. Ex esaia cap. lxij. vbi fit mentio de Christo nascituro ppe diem. Et est vox pphete in psona Apostolorum: si de christo iesu intelligatur. hebrei hãc partem de Messia venturo interpretãtur: q̃dam tamen illorum ad Cyrum regem persarum referunt cuius permissu templum est restitutum: vt supra dictum est: sed & per Cyrum intelligimus Saluatorem nostrum. Propter sion & Jerusalem. Siõ mons est eminens vrbi ierusalem/ & ars / quã expugnauit Dauid. hec est/que apud Esaiam. capite. xxix. appellatur Ariel. vbi vocatur ciuitas Dauid. Ut splendor iustus eius: vnde & sol iusticie dicitur. Lampas grecum est/ interpretaturq; fax incensa. Gentes & reges/ ad quod etiam se extẽdet hec Christi salus. iuxta illud Simeonis. Lumen ad reuelationẽ gentium. Uocabitur nomen nouum. si ad ierusalem referas: erit vrbs fidelis & populus peculiaris. si ad Christũ emmanuel ex Esaie/ & Jesus ex euãgelio. Derelicta sicut ante hac sub captiuitate vocabaris. Uoluntas mea in ea. idest que facit volũtatem dei sui. Complacuit domino in te. scilicet quod inhabiteris & sis ab eo protecta.

¶ In vigilia natalis domini. Esaiæ prophetæ. Capite. lxij.



HAec dicit Dominus. Propter Sion non tacebo: & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splẽdor iustus eius: & saluator eius, vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytũ tuũ. Et vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominabit. Et eris corona gloriæ in manu Domini: & diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata: quia complacuit dño in te.

¶ Beati Pauli ad Romanos. Cap. j.

FRatres, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, Qui p̃destinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum viuificationis ex Resurrectione mortuorum Iesu christi dñi nostri, Per quẽ accepimus gratiam, & apostolatum ad obediendum

¶ In eadem vigilia.

PAulus seruus iesu christi. Ex initio epistole ad Romanos. Epistole morem sequitur: in qua primo ponitur nomen mittentis. deinde eorum ad quos mittitur. Tum dicitur salus siue gaudium: pro quibus apostolus dicit. pax et gratia. legitur autem hoc die: quia fit mentio de verbi diuini incarnatione/ & hominum reparatione. Uocatus non est accipiendum hic vocatus pro nominatus: sed a deo vocatus ad Apostolatum. Segregatus: quia ceteri Apostoli missi sunt ad predicandum ouibus / que perierunt de israel: ipse vero ad gentiles: vnde & doctor gentiũ dictus. Factus ex semine Dauid. In greco potius est gñatus. iuxta illd psal. De fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuã. Predestinatus. i. definit9/ & declarat9/ p spm̃ scẽm/ cũ descẽdit sup eum in specie

columbe: & audita est vox: hic est filius meus. Ex resurrectione mortuorum. ex eo etiam declaratus est filius dei/ quod in virtute propria resurrexit a mortuis. Iesu christi. videtur dicere/ quod mortui erant iesu christi: sed non est ita: sed referendum est ad illud/ quod supra dixit de filio suo. & tunc inserendum iesu christo domino nostro. Per quem. s. christum. Ad obediendum. i. obedientiam fidei. In omnibus gentibus. quia/ vt diximus/ ad hoc vocatus est. Estis vos. quia Romani gentiles erant. Vocati iesu christi. de gentium vocatione plena est sacra scriptura.

fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis & vos vocati Iesu christi domini nostri,

¶ In natiuitate Domini in missa de galli cantu. Esaiæ prophetæ. Cap. ix.



Aec dicit dominus. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid. & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iusticia ammodo & vsque in sempiternum.

¶ Beati Pauli ad Titum. Cap. ij.

CHarissime. Apparuit gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desyderia, sobrie, & iuste, & pie, viuamus in hoc sæculo: expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei: & Saluatoris nostri Iesu Christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem: sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exortare. In Christo Iesu Domino nostro.

¶ In missa de galli cantu. Populus gentium/ qui ambulabat in tenebris. Ex esa. cap. ix. in quo tangitur christi natalis: nam & hebrei etiam de messia venturo hanc lectionem intelligunt ex parte: & ex parte de captiuitate iudeorum apud assyrios. Qui ambulabat in tenebris. s. ignorantie. Lucem magnam. i. christum/ quia Ioan. viij. dicit. Ego sum lux mundi. In regione vmbre mortis. i. in limbo inferorum lux orta est. cum post mortem descendit ad inferos. Paruulus enim: hec omnia de christo nimirum intelligenda sunt: tametsi quidam hebreorum de ezechia rege potius intelligere volunt. Super humerum eius: quia factus est sub lege: ad Gala. iiij. Aut ad crucem referendum est: quam humeris sustulit. vnde data est illi omnis potestas in celo & in terra. Matthei vltimo. Solium dauid. i. sedem regiam/ quod de regno spirituali est intelligendum. alioquin temporarium Dauid regnum terminum habuit. Ammodo. i. a tempore quo cepit gubernare. ¶ Post prophetiam epistola.

Apparuit gratia Ex epistola Pauli ad Titum capite. ij. In quo fit mentio de aduentu christi per gratiam. Gratia dei saluatoris. In greco gratia salutaris siue salutifera. neque est dei nostri: sed ab interprete adiectum. Aduentum glorie. In greco apparitionem legitur: sicut supra dixit apparuit benignitas. populum acceptabilem: in greco peculiarem. Pro sectatorem zelatorem habetur siue imitatorem.

sillo real

¶ In missa diluculi.

Spiritus domini. Ex esaie prophete cap. lx. Quod tametsi de ipso esaia potest intelligi: de christo potius est intelligendum. qui potest dicere quam parte minor est patre spiritus domini etc. unxit me. unde et Christus cognominatur. i. unctus. Annunciandum. In greco euangelizandum. Mansuetis: idest Apostolis primum: deinde per eos alijs. Mederer contritos. antique dixit cum accusatiuo sicut Terentius in phormione. quas res minus mederi possis. audacius cum genitiuo interpres dixit in Threnis: quis meditabitur tui: cum usus datiuo iungat. Captiuis. idest in peccato positis. Clausis apud inferos constitutis. Annum placabilem. idest tempus / quo deus homini placatus est / per Christi passionem pena peccati soluta. Diem ultionis. i. iudicij ultimi. Consolarer lugentes. iuxta illud Matthei. v. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Lugentibus Sion. idest qui dolent de statu ecclesie aduerso. quia Sion et Jerusalem pro ecclesia plerumque accipitur. Coronam pro cinere. antitheton est: hoc est contra positum: quoniam in leticia utimur coronam luctu cinere: et sic de alijs. In ea. scilicet Sion siue ecclesia. Fortes iusticie. hi sunt Apostoli et illorum successores. Plantatio domini. i. quod dominus plantauit. Ad glorificandum. i. gloriam domini predicandum / et sermocinandum: et post longum interuallum in fine. cap. lxij. subiungit propheta. Dominus auditum fecit ab extremis terre. quia in omnem terram exiuit sonus apostolorum. Dicite filie Sion. idest congregationi fidelium. Saluator venit. i. ad iudicij diem properat. Merces eius cum eo: quia reddet unicuique pro merito precium. Opus illius. idem dicit sed alijs verbis. Vocabunt eos sub intellige electos. Populus sanctus. hoc est populum dono dedicatum. Redempti. populus redempti solecismus erat si non refereretur ad rem / et non ad vocem: quoniam populus pro hominibus accipitur: propterea non fit solecismus.

¶ In missa de Lucae. Lectio Esaiae prophetae. Capi. lxi.



Haec dicit Dominus. Spiritus Domini super me eo quod vnxerit me. ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritos corde: & praedicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, et praedicarem annum placabilem domino, et diem vltionis deo nostro, vt consolarer omnes lugentes, et ponerem fortitudinem lugentibus Sion. Et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu moeroris. Et vocabuntur in ea fortes iusticiae, plantatio domini ad glorificandum. Ecce dominus auditum fecit in extremis terrae. Dicite filiae Sion. ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo, et opus illius coram illo, et vocabunt eos populus sanctus, redempti domino deo nostro.

¶ Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Titum. Cap. iij.

¶ Post prophetiam epistola.

Apparuit benignitas & humanitas. Ex ep̄la pauli ad Titum cap̄. iij. vbi sic legit. Cum autem apparuit benignitas & humanitas &c. tunc subiungitur: saluos nos fecit. & suspenditur clausula vsq̃ in finem ep̄le. Benignitas & humanitas. non dicit q̄d chr̄s in humanitate apparuit: sed affectū amoremq̃ quo psecutus ē nos: cū nasci & pati p nobis filiū suum. Lauacrū. i. baptismū/ q̄ sumus regenerati. Renouatiōis. vnde in psal. Effunde spm̄ tuū: & renouabis faciē terre. Heredes simus. nō q̄i filij naturales/ sz q̄ in adoptionez suscepti coheredes chr̄i: vt alio in loco dicit.

CHarissime. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Non ex operibus iustitię, quae fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrū, vt iustificati gratia ipsius: hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. In Christo Iesu dn̄o nr̄o.

¶ In missa maiori. Propter hoc sciet. Ex esaia ppheta. cap̄. lij. Que verba de chr̄o esse intelligenda cōfirmat ap̄lus in ep̄la ad Romanos cap̄. x. Propter hoc. & q̄d sit: ex supioribus colligit: hoc ē quia ablatus est populus meus gratis: & dn̄atores eiusmique agunt. Popul⁹ me⁹. i. chr̄iani. nomē meum. s. Jesus/ quod interp̄tatur saluator. In die illa. quando ecclesia exaltabitur. Qui loq̄bar antea p pphetas. Adsum. scilicet humanitate assumpta. Quam pulchri. hoc ad ecclesię dilationem ptinet p apostolorum p̄dicationem. Supra montes. i. terrarum pncipes. Annunciantis pacem quod debere fieri frequēter nos saluator admonuit. Dicentis Sion. vocatiuus est siue datiuus. Speculatorum. p̄latorum/ q̄ui grece vocantur episcopi. Leuauerunt vocem. p̄dicando/ & est solecismus si non referatur ad rem. hoc est speculatores. Laudabunt. i. p tāto beneficio gratias agent. Oculo ad oculum. i. non vt antea p figuras & enigmata. Conuerterit domin⁹ Sion. i. Chr̄ianorum ex gentibus ecclesiam. Deserta ierusalem. q̄ non erat tunc a chr̄ianis freq̄ntata. Redemit ierusalem. a chr̄i cultorib⁹ habitandam tradens. Brachiū suū. i. filiū. de quo esaias/ & brachiū dn̄i: cui reuelatum est.

¶ Ad missam maiorem. Lectio Esaiæ prophetæ. Cap. lij.



HAec dicit dominus. Propter hoc sciet populus meus nomē meū, in die illa: quia ego ipse, qui loq̄bar, ecce adsum. Quam pulchri supra montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annūciantis bonū: p̄dicantis salutē, dicētis, Sion regnabit de⁹ tuus. Vox speculatorū tuorū leuauerunt vocem, simul laudabunt. quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion. Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia cōsolatus est dominus populum suum: redemit Ierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Et videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri.

¶ Post prophetiam epistola.

Multifarie multisq; modis. Ex Pauli epistola ad hebreos capite. i. in cuius initio agitur de eterna potissimum christi generatione/sicut & in euangelio quod est in principio erat verbum. Multifariam & multifarie dicenus. idest multipartite: sicut bifariam. bipartite & sic trifariam & quadrifariam. Olim loquens. idest loquebatur. Patribus. patriarchis. In prophetis. idest per pphetas. In filio. idest per filium. Constituit heredem. quia illi tradidit iudicium potestatemq; omnem in celo et in terra. Per quē. iuxta illud psalmographi. verbo domini celi firmati sunt. Splendor patris. immo est vera lux/que illustrat omnia. sed splendorem vocat ob assumptam humanitatem. Figura substantie. idest character persone patris. Portans omnia: q: omnia potest. Purgationem faciens: de quo Malachias. & purgabit filios Leui. Melior angelis. quia habet multa/que non habent angeli. Filius meus es tu. in psal. ij. hoc legitur. Ero in patrem. secundo Regū capite septimo. Primogenitum quasi omnium bonorum heredem. Adorent eum: ex psal. xcvi. & ad angelos [ad] apposuit pro: de: hoc est prepositionem pro ppositione. Qui facit angelos ex psalmo. ciij. Ad filium. subaudi dicit: virga tua. Ex psal. xliiij. Tu pmanebis. In greco. pmanes in p̄senti habetur. Mutabis eos. In greco legitur conuolues. Idē ipse es. In greco idem es/scdm ad maiorem exp̄ssionem latinus interp̄s adiecit ipse. Sede a dextris meis. ex psalmo. cxj.

¶ Beati Pauli Apostoli ad Hebraeos. Capite primo.



Ratres. Multifarie multisq; modis olim deus loquens patribus in Prophetis: nouissime diebus istis locut⁹ est nobis in filio: quem constituit hæredem vniuersorum: per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius: portansq; omnia verbo virtutis suæ: purgationem peccatorum faciēs: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu: ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et cum iterū introducit primogenitum in orbem terræ: dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in sæculum sæculi: virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem. ppterea vnxit te deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti/& opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt/tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos/& mutabuntur. Tu autem idem ipse es: & anni tui nō deficient.

¶ Dominica infra octauas natalis Domini, Pauli ad Galatas, Cap.iiij.

FRatres. Quanto tempore hæres paruulus est/ nihil differt a seruo, cum sit Dñs omniũ: sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad præfinitũ tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis: misit Deus filium suum: natum ex muliere, factum sub lege: vt eos, qui sub lege erant redimeret. vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei: misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Itaq; iam non est seruus: sed filius, Quod si filius, & hæres per Deum.

¶ In circuncisione domini. In missa de prima. Pauli ad Titum. Cap.iij.

CHarissime. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrũ, vt iustificati gratia ipsius; hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. In Christo Iesu dño nr̃o.

¶ Ad missam maiorem beati Pauli ad Titum. Cap.ij.

CHarissime. Apparuit gr̃a dei & saluatoris nr̃i omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegãtes impietatem & sæcularia desyderia, sobrie, & iuste, & pie, viuamus in hoc sæculo: expectantes beatã spem, & aduentũ gloriæ magni dei: & Saluatoris nostri Iesu Christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem: sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exortare. In Christo Iesu Domino nostro.

¶ Dñica infra octauas natalis domini.

Quanto tempore. Ex ep̃la pauli ad Galatas. cap.iiij. vbi posteaq̃ in superioribus declarauit ꝑ rationem a legalib⁹ cessandũ esse: hic illd idem ꝑ similitudinem ostẽdit dicens: qd quemadmodũ pueri q̃ tempore sũt sub tutela pupillari nõ sunt liberi. ita ⁊ illi / q̃ sub Mosi lege viuebant: serui erãt. Sub tutorib⁹ ⁊ actorib⁹. ꝓprie transtulit interp̃s: sed non verbũ ex ṽbo: q: in greco sub cõmissarijs ⁊ procuratorib⁹ legitur. Dñs omniũ. qd ad proprietatẽ attinet: non ad vsum. Pręfinitum tempus a p̃re. siue a lege ad hoc constituta. Paruuli. idest quasi paruuli seruientes. Sub elementis. idest principijs: q: non maturi ętate. Adoptiõem filioꝝ. sub lege euangelica. Filij Dei. In greco nõ est Dei. Clamantẽ abba. idest per confessionem clamare nos faciẽtem inuocando patris nomen. idest. O abba. quod vero sequitur pater, expositiue ponit. quoniam abba hebraice vel syriace latine est pater.

¶ In circuncisione domini.

APparuit gratia Ex epistola Pauli ad Titum capite.ij. Sed iam est exposita supra in missa de Gallicantu.

¶ In epiphania domini.

Surge illuminare ierusalem. Ex Esaia propheta capite. lx. In quo propheta prosperitatem ecclesie militantis describit. Et maxime aduentum magorum cum muneribus. Surge, que ante hac iacebas. Illuminare. idest Christi nascentie lumen accipe: et est illuminare in imperatiuo vocis passiue. Tenebre operient terram/ que extra ecclesiam omnia tenebrescunt. Dominus. idest Christus/ qui est sol iusticie. Gentes. gentiles, qui ad christum conuertentur. In circuitu. idest infinitimos populos. Venerunt tibi. ad te honorandam. De latere. idest de propinquo. Videbis multitudinem credentium. Afflues. abundabis rebus omnibus. Dilatabitur: pre nimia leticia. Multitudo maris. idest habitantium in insulis. Venerit tibi. idest ad tibi obsequendum. Camelorum. idest Dromedariorum commeatus importantium. Madiam. idest de regione. Madianitide: quam incoluit. Madian filius Abraam ex Cethura et Effa ipsius madian filius et intelligit de camellis Arabicis: qui habent singula tubera: sicut Bactriani bina. De Saba. regione felicis Arabie. dicta a filio huius Neporechan filio Noe. Aurum et thus. quod est peculiare sabeis.

¶ In epiphania Domini. Esaiæ prophetæ. Capite. lx.



Vrge illuminare Ierusalem/ quia venit lumē tuum: & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram: & caligo populos: Super te autē orietur dominus/ & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos: & vide: omnes isti cōgregati sunt/ venerunt tibi. Filij tui de longe venient: & filiæ tuę de latere surgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio Camelorum operiet te. Dromedarij Madian: & Effa. Omnes de Saba venient: aurū & thus deferentes, & laudem dn̄o annunciantes.

¶ Dominica prima post epiphaniam Pauli ad Romanos. Cap̄. xij.

FRatres, obsecro vos per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrū. Et nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis, quę sit voluntas

¶ Dominica prima post epiphaniam.

Obsecro vos per misericordiam. Ex epistola ad Romanos cap̄. xij. In quo instituit apostolus Romanos: et primo eos in deum ordinando ex parte corporis. deinde ex parte animi. Per misericordiam: adiurantis et contestantis particula est. Et in greco pluraliter dr̄ miserationes. Vt exhibeatis corpora vestra. i. corporis vestri faciatis sacri

ficium vos deuouendo. Hostiam viuentem.non mortuam. Rationabile.qr diuinus cultus debet esse cum ratione. Huic seculo.hoc est rebus mundanis & perituris. Sensus vestri.In greco mentis vestre.nam ad animum hec verba referēda sunt. Ut pbetis.idest experiamini. Que sit voluntas dei.quantum ad incipientes bene opari. Et placens.ipsi deo:quantum ad pfitentes. Et pfecta.quantum ad puenientes.

dei bona:& bene placens,& perfecta. Dico enim per gratiam:quæ data est mihi omnibus, qui sunt inter vos:non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē & vnicuiq; sicut diuisit deus mensuram fi⸗ dei:sicut enim in vno corpore multa membra habe⸗ mus:omnia autem membra non eundem actum ha bent:ita multi vnum corpus sumus in Christo. Sin⸗ guli autem altera alterius membra,in Christo domi⸗ no nostro.

Per gratiam,hoc est: Apostolatus officium mihi iniunctū pcepto. Non plus sape.Iu⸗ uenalis.imponit finem apiens:& rebus hone⸗ stis. Ad sobrietatem. In greco habetur ad modestiam. Diuisit: ordo est potius sicut vnicuiq; Deus diuisit mensurā fidei. idest de fide pdicandi scientiā. Singuli alter alte⸗ rius. idest inuicem su⸗ mus membra alter al⸗ terius.

¶ Feria quarta.Pauli ad Romanos. Capite. iij.

FRatres.Scimus quoniam quæcunq; lex loquitur ijs,qui in lege sunt loquitur:vt omne os obstrua tur:& subditus fiat omnis mundus deo,quia ex ope⸗ ribus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati, Nunc autem iusti⸗ cia dei sine lege manifestata est: testificata a Lege & Prophetis.Iusticia autem dei per fidem Iesu christi in omnes &super omnes,qui credunt in eum.Non em̄ est distinctio.Omnes enim peccauerunt:& egent glo ria dei,iustificati gratis per gratiam ipsius,per redem⸗ ptionem, quæ est in Christo Iesu: quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticiæ suæ:propter remissionem præ⸗ cedentium delictorum in sustentationē Dei ad osten sionem iusticiæ eius in hoc tempore,vt sit ipse:iustus & iustificans eum,qui ex fide est iesu christi.

¶ Feria quarta sequenti.

SCimus quoniam. Ex epistola ad Ro manos cap.iij. In quo postea q̄ ostendit iu⸗ deos & Gentiles indige re gratia dei: quod p⸗ bauit autoritatib⁹. hic applicat illis ad ppo⸗ situm. Lex in qua p⸗ mi,quos citauit:nume ratur. Obstruatur os.idest claudatur non conqueratur. Sub⸗ ditus fiat.in greco ob⸗ noxius/& obligat⁹ deo ob acceptā grā3 ab eo.

Omnis caro.i.homo. Cognitio pcti.sup.est.Iusticia dei.q̄ facit deo acceptū. Ma⸗ nifestata est.in gētilib⁹:de quor̄ vocatiōe plena est scriptura sacra. Per fidē.s.est ma nifestata:& nō aliūde. Credūt in eū.in eū superfluit ex greco. Grā dei.in greco glīa dei.i. grā p quā acqrit̄ gloria. Gratis.i.nō meritis nr̄is.p redēptiōem.i.passiōem q̄ nos rede⸗ mit. Propiciatorē.In greco ppiciatoriū:qr chr̄s ppiciauit. In sanguine cui⁹ effusio satisfecit pcto pmi parētis:qd̄ est opus iusticie. In sustētatiōe dei.rectius in greco in patiētia siue tolerātia:nec eīn filio suo pepcit ppt̄ iusticiā. In hoc tpe:scz grē. Ut sit iustus.i.qd̄ fecit vt appareat iustus. Eum q̄ ex fide est:idest q̄ credit.

¶ Feria quinta sequenti.

Non indoctas fabulas. Ex .ij. Petri epla ca. i. Dicitur nãq3 hec epla: q2 hoc tpe tria miracla simul ecclia celebrat. s. de magis. de nuptijs in cana. de testimonio spũs sancti in baptismate Chri. Dicit igit notũ. rc. Uirtutẽ Chri. q̃ntum ad miracla. Prescietiã: q2, q̃ deus est: oia nouit ab eterno. Facti speclatores: q2 oculis nris vidim9.

Illi9 magnitudinis hoc factũ est cũ Jesus baptizaret: s3 tunc Petrus nõ aderat. s3 postea cũ est trãsfigurat9 corã Petro/Jacobo/ r Joãne. Honorẽ. i. honoris testimoniũ: quod ipm honorificũ est. A magnifica glia. i. a deo pre. huiuscemodi. s. hic est fili9. rc. Mihi cõplacui. i. quo ego delector. Essem9. ego (sc3) cũ Jacobo r Joãne. Et habem9. Alterã viã certitudinis ex scripture sensu oñdit. Firmiorẽ. nõ vt ad Petrũ hoc referat, q̃ gloriam chri vidit: s3 ad alios, q̃ nõ viderũt. Attendẽtes donec cognoscatis verã lucem sicut: q̃ ãbulãt in tenebris lucernã pre se ferẽtes. Propria interptatiõe. i. nõ fit sensu humano: et cuiusq3 hois ,pprio. Uoluntate hũana. i. ab hoie: sed vt statim subdit a spũ scõ, q̃ p hoies est locutus.

¶ Feria. v. Petri apostoli, ij. Cap. i.

Charissimi. Non indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis dñi nri Iesu Chri ɣtutem & p̃scientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens em̃ a deo p̃re honorem, & gl̃iam voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gl̃ia: Hic est filius meus dilect9 in q̃ mihi complacuit: ip̃m audite. Et hãc vocem audiuimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem ,ppheticum sermonem cui bñfacitis attendẽtes, q̃si lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vr̃is. Hoc primũ intelligẽtes, qđ omnis ,pphetia scripturæ ,ppria interp̃tatione nõ fit. Non em̃ voluntate humana allata est aliqñ ,pphetia: sed spũ sancto in spirati locuti sunt scti dei homines.

¶ In octauis Epiphaniæ.
Esaiæ. Capi. xxv.

Domine Deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo, qui facis mirabiles res. Consilium antiquum verum fiat. Domine excelsum est brachium tuum deus Sabaoth: corona spei: quæ ornata est gloria. Exultet desertum, & exultent solitudines Iordanis, & populus meus videbit altitudinem Domini & maiestatem Dei.

¶ In octaua Epiphanie.

Domine deus honorificabo te. Ex Esaia pluribus in locis in quibus fit mẽtio de baptismo r spiritus sancti testimonio de Christo. Nam hoc, quod in primis dicit sumptum est. ex cap. xxv. Ex translatione Greca. nam in hebreo sic habetur. domine de9 exaltabo te: r confitebor nomini tuo. Pro consilium antiquum verum: in hebreo: cogitationes antiquas fideles: r est appositio ad supiora. Nam qđ seq̃t: fiat: nõ h3 suppositũ in eo qđ est ɔsiliũ: s3 est aduerbiũ asseuerãtis: p q̃ in hebreo legit amẽ. Dñe excelsũ est brachiũ tuũ. Ex Esa. ca. xxxvi. In hebreo dñe exaltet man9 tua. De9 Sabaoth. i. militiarũ. Corõa spei ex eodẽ ca. xxviij. i hebreo. In die illa erit dñs exercituũ bõa glie. Qđ ṽo seq̃t exltet desertũ vsq3 ad illũ locũ maiestatẽ di: nõ habet i greco: neq3 i hebraico.

Et erit

Et erit congregatus redemptus p deum. In hebreo: Esaie cap̃.xxxv. Et ambulabunt q liberati fuerunt. & redempti a dño conuenient in Sion cum laude & leticia sempiterna: q omnia ptinent ad chr̃i baptisma & chr̃ianorum. Et apiam in montibus flumina. Ex eodem cap̃.xli. p quo in hebreo legit̃. Et apiam in supinis collibus flumina. & in medio campoꝝ fontes. Ponam desertũ in stagnũ aq̃rum: & terram inuiam in riuos aq̃ꝝ.

Et erit congregatus & redemptus per deum. Et veniet in sion cum laude & lætitia sempiterna: super capita eorum laus, & exultatio. Et aperiam in omnibus flumina: in campis fontes dirũpam. & terram sicientem sine aqua cõfundã. Ecce puer meus exaltabitur: & eleuabitur: & sublimis erit valde. Haurietis aq̃s in gaudio de fontibus saluatoris, & dicetis in illa die. Confitemini domino: & inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius. Cantate domino: quia mirabilia fecit. Annũciate hoc in vniuersa terra. Dixit dñs omp̃s.

¶ Dominica secũda post epiphaniam Pauli ad Romanos. Cap̃.xij.

FRatres. Habentes donationes scd̃m grãm (quę data est nobis) differentes: siue pphetiam scd̃m rõnem fidei: siue ministeriũ, in ministrando. Siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur: in exhortando. Qui tribuit, in simplicitate, Qui præest, in solicitudine. Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione, Odientes malũ, adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem p̃uenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, dño seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patiẽtes: orationi instantes. Necessitatibus sanctorum communicantes. hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Ecce puer me⁹. Ex eodem pPheta. cap̃.lij. p quo in hebreo legit̃. Ecce intelligit seruus meus: & exaltabitur et sublimis erit valde. Haurietis aq̃s. Ex eodem cap̃.xij. adiectum est hoc. sed p eo qd̓ in greco est virtutes ei⁹: in hebreo est ad inuentiones eius,

¶ Dominica secunda post epiphaniam.

HAbentes dõnationes. Ex ep̃la ad Romanos cap̃.xij. & sequitur statim post epistolam q̃ legebatur dñica post epiphaniã. vbi dictũ est in calce ipsius ep̃le: singuli autem alter alterius membra. & tunc sequitur. Habẽtes donationes: i. communicantes diuersa dona/q̃ accepistis a deo. & est pplexiis: q̃ deinde p partes explicat̃: siue habens pphetiam &c. Scd̃m rõnem fidei. i. earũ rerũ/q̃ ad salutez animarum ptinent. Qui exhortat̃. i. q obsecrat alios nã idẽ v̓buz est hic & i pncipio capitis: vbi dixit obsecro vos. In simplicitate. idest nõ alia causa nisi pꝑter deũ. nã si alia ex causa id faceret: non esset op⁹ charitatis. In solicitudine. illoꝝ q̃bus p̃est. In hilaritate. q̃ datorem hilarem diligit de⁹. Gaudere cũ gaudentib⁹. In greco gaudẽdo gaudentib⁹: hoc est p infinitiuũ quem nos in gerũdiũ vertim⁹. Idip̃m sentientes. In greco

co idem sapiētes.sed videt referri ad illō qō non aliud mente sentiam⁹.aliud ore loquamur. Nō alta sapiētes.q2 dixit alibi nō plus sape q̄ op3 sape. Cōsentiētes.modo illi vera & bona pferāt.

¶ Fer.iiij.seqnti.

Audistis dispēsationē.Ex epl'a pauli ad Colos.ca.j.Et pēdet hoc mēbrū ex supiorib⁹.vn̄ accipit̄ v̄bū illō audistis. Que data ē mihi.q2 sū apl's p̄dicās gētib⁹ euāgeliū.in q̄z nūero sunt Colossen̄. Mysteriū appositio ad id.qō dixit v̄bū. Manifestum.i.p chr̄m reuelatū. Sacramēti hui⁹.idē est mysteriū grece/qō sacr̄m alicui⁹ occulte rei. Qō.s. sacr̄m ē chr̄s:in q̄ reposita ē oīs spes vr̄a.In greco tn̄ q̄ est chr̄s gn̄e masculino nō hoc. Corripientes. in greco admouētes legit̄.

¶ Fer.vj.seqnti.

Fidelis s̄mo. Ex epl'a.j.ad Timo. ca.ij. Fidelis s̄mo.i. ver⁹ & dign⁹/q̄ ab oīb⁹ accipiat̄: & q̄s ille s̄mo sit:statim subiungit dicēs:qō chr̄s & cetera/ q̄ sequūt̄. In hūc mūdū.in greco nō ē hūc:s3 tm̄ in mūdū. Oē3 patiētiā.i.vt oīa paterer: vt alios hoīes lucrifacerem. Soli dō.i.ab eo/ qō ē in greco sapienti. sic soli sapiēti deo honor & glīa.& subaudiendum est verbū substantiuum sit.

¶ Dn̄ica.iij.post epi.

Nolite eē pruden tes. Ex epl'a pauli ad Rom̄.ca.xij.Et sūt v̄ba q̄ sequūt̄ eu estigio post epl'am/q̄ legebat̄ in dn̄ica p̄cedēti. Prudētes apō vosmetip̄os.i.opiniōe vr̄a.qm̄ hoīes plerūq3 fallunt̄. Non tm̄ corā deo.hoc totū supfluit.nā sic in greco legit̄. Prouidētes bona corā oībus hoībus. Qō ex vobis ē.i.q̄tū in vobis est. Nō vos defendētes.meli⁹ in greco nō vos vindicātes. Ir e/q̄ a phisicis dēfinit̄ tū sanguinis inflāmatio:tū vindicte appetit⁹.

¶ Feria quarta beati Pauli ad Colossenses. Capite.j.

FRatres. Audistis dispēsatiōem dei:q̄ data est mihi in vobis:vt impleā v̄bū dei. Mysteriū quod abscōditū fuit a sc̄lis & gn̄ationib⁹:nūc aūt manifestatū est sanctis eius:qbus voluit de⁹ notas facere diuitias glie sacramēti huius in gētibus,qd' est chr̄s in vobis spes gliæ,quem nos annūciamus corripientes oēm hoīem:& docētes in omni sapiētia:vt exhibeamus oēm hoīem pfectū.In chr̄o Iesu dn̄o nr̄o.

¶ Fer.vj.Beati Pauli ad Timotheū. Capite. ij.

CHarissimi. Fidelis sermo & omi acceptione dignus:qa Iesus chr̄s venit in hūc mūdū pctōres saluos facere,q̄rū primus ego sum.Sed ideo misericordiā consecutus sum:vt in me primo ostenderet chr̄s Iesus oēm patientiā: ad informationē eorū,qui credituri sunt illi in vitā æternā. Regi autem sc'lorum, immortali,inuisibili,soli deo,honor & glīa in sæcula sæculorum. Amen.

Dn̄ica.iij Beati Pauli ad Rom̄.Cap.xij.

FRēs. Nolite esse prudētes apd' vosmetipsos: nulli malū p malo reddētes.Prouidētes bona,nō tm̄ corā deo,sed etiā corā oībus hoībus si fieri pōt (qp ex vobis est) cum oībus hoībus:pacē hn̄tes.nō vosmetipsos defendētes charissimi:sed date locū iræ. Scriptū est em̄.Mihi vindictā,& ego retribuam,dicit dn̄s.Sed si esurierit inimicus tuus.ciba illum.Si sitit,potum da illi.Hoc em̄ faciēs carbones ignis congeres sup caput eius.Noli vinci a malo:sed vince in bono malum.

Scriptum est in Deutero.ca.xxxij.mea[inqt]est vindicta siue vltio. In greco quoqz mihi vindicta nō vindicrā: vt est in latinis codicibus. Carbones ignis: quia benefaciens illi: mitigabis illum & tibi reconciliabis. Noli vindici.idest incidere in odium pximi. In bono malum.i.inflammantia te in illius odium.

Feria.iiij.sequenti.

Fer.iiij. Beati Pauli ad Hebræos. Capite.iij.

FRatres. Cōsiderate aplm & pontificē cōfessionis nræ Iesum, q fidelis est ei: q fecit illū, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris em̄ glīæ iste præ Moyse dignus habitus est, q̄to ampliorē honorē habet domus, q fabricauit illā. Oīs nāqz domus fabricat̃ ab aliquo. Qui aūt oīa creauit, deus est. Et moyses qdem fidelis erat in tota domo eius, tanq̄z famulus in testimoniū eorū, q̄ dicenda erant. Chrs vero, tanq̄z filius in domo sua. Quę domus sumus nos: si fiduciā, & glīam spei vsqz finē firmā retineamus.

Fer.vj.Ioannis aplī. Cap.ij.

CHarissimi. Qui dicit se in luce esse, & frēm suū odit: in tenebris est vsqz adhuc. Qui diligit fratrem suū: in lumine manet: & scandalū in eo non est. Qui aūt odit frēm suū: in tenebris est, & in tenebris ambulat: & nescit q̄ eat: qm̄ tenebræ obcæcauerunt oclos eius. Scribo vobis filioli: qm̄ remittunt̃ vobis pctā ppter nomē eius. Scribo vobis prēs: qm̄ cognouistis eū, qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes: qm̄ vicistis malignū. Scribo vobis iuuenes: qa fortes estis, & verbum dei manet in vobis, & vicistis malignum.

COnsiderate aplm & pōtificē. Ex epla Pauli ad heb. cap. iij. In q̄ posteaq̄z apls declarauit excellētiā noui testamēti ad vet⁹: p hoc/qd chrus excellit āgelos: nūc oñdit idē p hoc/qd excellit Moysen. Aplm.i. missum siue legatum. Sic enim apls interptat̃. Chrus igit̃ apls est.i.missus a prē/qd ipē dixit: sicut misit me pr: & ego mitto vos. Qui fecit illū. subaudi pontificē. neqz em̄ a patre est fili⁹ factus: sed genitus: sed poti⁹ fecit p eo qd est pficit positū est: qd est ꝯsentaneū ei/qd seq̄t: sicut & Moses sub pfectus ē. Iste prę mose.i. chrs/quam Moses. Ampliorē honorē habz dom⁹. ꝯstructio est greca. nā illi cōparatiuum gtō iūgūt: at latini ablatiuo. ergo latine dicendū erat āpliorē domo. Quę domus sumus nos. In greco cuius.s. chrī dom⁹ nos sum⁹ et cui⁹ referr̃ ad filium.

Fer.vj.seqnti.

QUi dicit se in luce esse. Ex epistola Joā.j.ca.ij. In q̄ posteaq̄z apostol⁹ multa pcepta pposuit: subiūgit & hoc/qn̄ ptinet ad pximi dilectiōem: & qz pauloante dixit: qd tenebrę trāsierūt: & verū lumē: iā lucet: infert. Qui dicit se in luce esse.i.in vitate euāgelica &c. In tenebris.i.in ignorātia & vmbra legis Mosayce. Nescit q̄ eat.i. nō hz certū vitę finē ꝯstitutū. Scribo vobis. ad eos peculiariter/q̄ sunt ab illo baptizati. q̄s vocat in pmis filiolos in spū gñatos. Nomē ei⁹ in q̄.i.chrī baptizati estis. Prēs.q̄z est maior autoritas/q̄ ab initio est.i.vbū incarnatū. Adolescentes.q̄ in ętate lubrica positi vicistis diaboli tentationes. Infantes/q̄ tamen aliquem rationis vsum habēt: alioq̄ quomodo poterāt cognoscere deum? Iuuenes atqz pinde fortioris ętatis ad vincendum insidias diaboli.

¶ Dominica quarta post epiphaniam.

NEmini quicq̃. Ex ep̃la pauli ad Romanos.ca.xiij. vbi ap̃ls posteaq̃ ostendit/q̃d minores debent maioribus tributũ et honorem: hic ostendit/q̃d etiã debẽt dilectionem. Diligit p̃ximũ.q̃m in dilectiõe p̃ximi complet. lex/quemadmodũ in dei dilectione incipit. hinc em̃ pẽdẽt leges et p̃phetę. In greco no n est q̃ diligit p̃ximũ: s3 q̃ diligit alium: vt extẽdat se ad deũ. Nam p̃mę tabulę p̃cepta ordinant̃ ad dei dilectiõem: et secũdę ad p̃ximũ. Non opatur malũ.i. nõ infert nocumentũ p̃ximo et illo p̃ximi dtũs est potius: vt sit ordo dilectio nõ operatur malũ p̃ximo.

¶ Dominica quarta beati Pauli ad Romanos. Capite.xiij.



SCripsit Moyses canticū. Ex Deutero.ca.xxxi. In quo ꝓpħa populū israeliticū in legis iā traditę obſuatiōe. & Iosue suū successorē hortatur & qd facere debeat: admonet. Scripsit canticū. qd ponit ca.p. seq̄nti. s. Audite cęli q̄ loquor. Verba legis. supra scriptę. Leuitis. q erant de tribu Leui ad q̄s id offiñ ptinebat. Arcę fęderis. nō ɔstat vtrū intra aut extra arcam poneretur. In testimoniū. ne ptendas legis ignorantiam. Cōtētiose egistis. vt patet in Exodo/& i libro nūeror. Sermones istos. s. cantici inseq̄ntis: hoc est audiēt cęli. Noui em̄. p spm̄ ꝓphe ticū. In extremo tpe. cum vr̄m messiā: hoc ē chr̄m vr̄m occidetis.

¶ Lectio libri Deuteronomij. Capite. xxxi.

SCripsit Moyses canticum: & docuit filios isrl̄. Praecepitq; dn̄s iosue filio Nun: & ait. Confortare, & esto robustus. Tu em̄ introduces filios isrl̄ in terrā: quā pollicitus sum eis: & ego ero tecum. Postq̄ ergo scripsit Moyses verba legis hui9 in volumine: atq; cōpleuit: praecepit Leuitis, qui portabāt arcam foederis dn̄i: dicens. Tollite librum istum: & ponite illum in latere arcae foederis dn̄i dei nr̄i: vt sit ibi cōtra te in testimonium. Ego em̄ scio cōtentionem tuā: & ceruicem tuā durissimā. Adhuc viuente me, & ingrediēte vobiscum: semper cōtentiose egistis cōtra dn̄m: q̄ntomagis cum mortuus fuero. Cōgregate ad me oēs maiores natu per tribus vr̄as atq; doctores: & loquar audientib9 eis sermones istos: & inuocabo cōtra eos caelum & terrā. Noui em̄ q post mortem meā inique agetis: & declinabitis cito de via, quā p̄cepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo tempore qn̄ feceritis malū in cōspectu dn̄i: vt irritetis eum per opera manuum vr̄arum, Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso coetu filiorum isrl̄ verba carminis huius: & ad finem vsq; compleuit.

¶ Lectio. iij.

Apphendent mulieres septem. sꝫ iam exposita est in parte supiori in vigilia resurrectiōis dn̄i.

¶ Lectio Esaiae ꝓphetae, Cap. iiij.



APprehendent septem mulieres virum vnū in die illa, dicentes. Panem nr̄m comedemus, & vestimentis operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum sup nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria, & fructus terrae sublimis: & exultatio his, qui saluati fuerint de israel, & erit omnis, qui relictus fuerit in Sion: & residuus in ierusalem. Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in ierusalem. Si abluerit dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem ierusalem lauerit de medio eius: in spiritu iudicij & spiritu ardoris, & creabit dominus super omnem locū mōtis Sion: & vbi inuocatus est nubem per diem & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: & tabernaculum erit in vmbraculum diei ab aestu: in securitatem & absconsionem a turbine & a pluuia.

ℭ Lectio quarta.

Audit isrl' mādatata vitę. Ex Baruch ieremię, pphetę scriba. ca. iij. in quo Baruch pplz isrl' ad sapiētię desideriū hortat. Mandata. i. ad vitam inducētia. Prudē tiam. i. rerū diuinarū sapiētiam. Inimicoꝝ. i. in captiuitate. Cum mortuis. i. pctōri bus. In infernum. i. cū idolatris. Dereliq̄sti. hęc est hoꝝ causa. ⁊ est responsio ad q̄stionem. In pace. relinq̄ntes autem viam dei: bellis oppͥssi sunt. Et victus. i. verus animarum pastus. Lumen oculoꝝ. videndo apertā salutis viam. Et pax. idest quies. Quis. q̄si dicat: nemo ex fidelibus. Locum eius. s. sapiētię siue prudentię. Principes gētium. q̄ oēs erant idolatrę ⁊ deum ignorantes. Bestias p venatiōes illaꝝ. In auibus cęli. per aucupium. Thesauros. q: per hęc putant se posse dītari. Non est finis. q: ex Solonis sentētia diuitiaꝝ nullus est terminus. Fabricant in vasa ⁊ pecunias. Nec est inuētio. q: non consequūtur q̄ volūt. Viderūt lumen. scintillā aliquā veri boni. Disciplinam ignorauerunt obcecati voluptatibus. Filij eorum. nō bene a patribus instituti. In terra Canaā. vbi anteq̄ ab hebręis possideret erat cultus ignotus. Filij Agar. i. ismaelitę. oēs in quam hi viā vitę ignorauerunt. O israel. subaudi considera. Quā magna. i. quam late patens. Magnus est. scz deus. Fuerunt gigātes. ad

ℭ Lectio Baruch prophetæ. Cap. iij.

Vdi israel mandata vitæ: & auribus percipe: vt scias prudentiā. Quid est israel q̄ in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum descendentibus in infernum: dereliquisti fontem sapientiæ. Nam si in via dei ambulasses: habitasses vtiq̄ in pace super terram. Disce vbi sit prudentia: vbi sit ꝟtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit longiturnitas vitę & victus. vbi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gētium? & qui domināt super bestias, et q̄ sunt sup terram? Qui in auibus cæli ludunt qui argentum thesaurizāt, & aurum: in q̄ cōfidunt hoīes, & non est finis acquisitionis eorum? Qui argentum fabricāt. & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum. Exterminati sunt: & ad inferos descenderunt: & alij ex loco eorum surrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: & habitauerunt super terrā. Viā autem disciplinæ ignorauerunt: neq̄ intellexerunt semitas ei9: neq̄ filij eorum susceperunt eā a facie ipsorum longe facta est. Non est audita in terra chanaā: neq̄ visa est in theman. Filij q̄q̄ agar, qui exquisierunt prudentiā: q̄ de terra est: negociatores terræ & Theman. & fabulatores, & exquisitores prudentię & intelligentiæ: viā autē sapiētię nescierunt: neq̄ cōmemorati sunt semitas ei9. O isrl' quā magna est dom9 dei: & ingens loc9 possessionis ei9. Magnus est & nō habet finem: excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigātes noīati illi, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dn̄s: neq̄ viā disciplinæ inuenerunt: ꝑpterea perierunt. Et qm̄ nō habuerunt sapientiā: interierūt ꝑpter suā insipientiā. Quis ascendit in cælum, & accepit eā, & eduxit eā de nubibus? Quis trāsfretauit mare, &

supiora.referr.s.ad terrã Canaam & Themã.
Nõ hos.sz te o israel elegit. Accepit eã.s. sapiẽtiã. Sup aur elec ctũ. q̃si dicat:nullus:qz a deo tm̃ reuelata est p filium suum. In eterno tpe.i.in eternũ duratura. Lumẽ.s.solis & lune per solẽ:& aliar q̃ stellar. Dixerunt ad sum9.rebus inanimatis dat smonẽ.per psopopeiam. Luxerunt ei.i. eius imperio. Aduersus eũ.i. q̃ ei aduerser.
In terris visus est.qz nõ est loquutus iaz per pphetas:sz per seipsuz suscepta carne hũana pdicans q̃ ante dixerat per pphetas.
¶ Alia lectio.
Factũ est cũ Apollo esset Corinthi. Ex actibus apostolorũ ca.xix. In q̃ Lucas describit pauli pdicatiões Ephesi. Apollo.pauli coauditor in euãgelij pdicatiõe. Ephesuz.ciuitatẽ minoris Asie siue Ionie. Spm̃ scm̃.s. in signo visibili:qz tunc sic dabatur baptizatis. Audiuimus.mirum est q isti dicũt cũ in forma baptismi noietur:sed in baptismo ioãnis nõ exprimebant noia trium psonar. Duodecim q̃ sic baptizati sunt.
Suadẽs. suasiõib9 oratorijs ad euangelij fidẽ inducẽs. Cetera patẽt.
¶ In festo spiritussancti.

inuenit illam:& attulit illam super aurum electum? Non est,qui possit scire vias eius:neq; qui exquirat semitas eius.Sed qui scit vniuersa:nouit eam:& adinuenit eam prudentia sua. Qui præparauit terram in æterno tempore:& repleuit eam bipedibus,& quadrupedibus.Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud:& obedit illi in tremore.Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis,& lætatæ sunt. Vocatę sunt, & dixerunt.Adsumus.Et luxerunt ei cum iucunditate,qui fecit illas.Hic est deus noster:& non æstimabitur alius aduersus eum.Hic adinuenit omnem viam disciplinæ:& tradidit illam Iacob puero suo:& israel dilecto suo. Post hæc interis visus est:& cum hominibus conuersatus est.

¶ Lectio Actuum Apostolorum. Capite.xix.



N diebus illis. Factum est cũ Apollo esset Corinthi,et Paulus peragratis superiorib9 partibus veniret Ephesum:et inueniret quosdam discipulos: dixitq; ad eos.Si spiritũ sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spiritus sanctus est,audiuimus.Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate.Dixit autem Paulus. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum:dicens. In eum,qui venturus esset post ipsum,vt crederent:hoc est in Iesum.His auditis,baptizati sunt in nomine Domini Iesu.Et cum imposuisset illis manus Paulus:venit spiritus sanctus super eos,& loquebantur linguis & pphetabant.Erãt autem omnes viri fere duodecim. Ingressus autem Synagogam:cum fiducia loquebatur per tres menses disputans & suadens de Regno Dei.

¶ In die sancti spiritus.Lectio Actuum Apostolorum. Capite secundo.

Cum cōplerent̄ dies pētecostes. Ex actib⁹ aplo᷑ ca.ij. In quo lucas ponit spūsscti missionē: quēadmodū chrs ꝓmiserat. Pētecostes.i.quīquagesimꝰ a die:vel resurrectiōis. In eodē loco.i.in cenaculo vbi erāt cētū viginti aīe: de qb⁹ in capite supiori dixit. Venientis spūs.i vēt⁹ violēs. Repleuit.subaudi splēdore. Lingue.qr denū linguaꝝ illis dādū erat. Ex oi natiōe.qr puenerāt rōne festi. Cōfusa ē.admiratiōe rei. Galilei.



IN dieb⁹ illꝰ. Cum cōplerent̄ dies pentecostes: erāt oēs pariter in eodē loco. Et fact⁹ est repēte de celo son⁹, tāq̄ aduenientis spūs vehemētis: & repleuit totā domū vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis dispitite lingue tāq̄ ignis: seditq̄ supra singłos eorum. Et repleti sunt oēs spū sctō: et ceperunt loq̄ varijs linguis: ꝓut spūsscts dabat eloqui illꝰ. Erāt aūt in ierłm habitātes iudei viri religiosi ex omi natiōe, q̄ sub celo est. Facta autē hac voce cōuenit mł̄titudo, & mēte cōfusa est: qm̄ audiebat vnusq̄sq̄ lingua sua illos loq̄ntes. Stupebāt aūt oēs, et mirabant̄ dicentes. Nōne ecce oēs isti, qui loquunt̄ galilei sunt? Et quō nos audiuimus vnusquisq̄ linguā nr̄am in q̄ nati sum⁹? Parthi: & medi: et elamite: et qui habitāt mesopotamiā, iudeā et cappadociā: pōtum: et asiā, phrygiā, pāphiliā, egyptum: et partes libye: q̄ est circa cyrenem: et aduene Romani: iudei q̄q̄ & ꝓselyti: cretes et arabes: audiuimus eos loq̄ntes nr̄is linguis magnalia dei.

quoꝝ erat lingua distincta ab alijs. Parthi. enūerat regiōes vñ iudei venerāt.s.parthi/amadiā/mesopotamiā.i. syriā int̄ duo flumina/hoc ē tigrim ⁊ euphratē. Pōtū.cui annexa ē bythinia. Pāphilia.cōtermina cilicie.tħe oēs erāt in asia. Egypt⁹ ꝓ partim in asia: partiꝫ in aphrica. Circa cyrenē.i. regionē cyrenaicā: q̄ est int̄ egyptū ⁊ aphricā ꝓprie dictā. Proselyti.i. pūersi de gentilitate ad iudaismū. Cretes.ex insula creta. Arabes ex triplici arabia.

¶ Fer̄.ij.seq̄nti.

Aperiēs petr⁹ os suum. Ex actibus aplo᷑ cap̄.x. In q̄ post Cornelij pūersionē: pōit petri p̄dicationē. Predicare ⁊ testificari. qñ dixit: erit mihi testes. Viuo᷑ ⁊ mortuo᷑.i.bono᷑ ⁊ malo᷑. Oēs ꝓphete.nō solū nos q̄ illū audiuimus. Cecidit spūssctus in signo visibili. Ex circūcisiōe.i.iudei ad fidē pūersi. In natiōes.i.in gētiles. Nunq̄d aquā.q̄si dicat: ex q̄ spūsscts p̄uenit baptismū q̄s ꝓhibet eos baptizari. In noie iesu christi. quia in p̄mitiua ecclesia sic baptizabantur.

¶ Fer̄.ij, Actuum aplo᷑um.Ca.x.

IN dieb⁹ illꝰ. Aperiens Petrus os suū: dixit. Viri fr̄es & p̄res: nobis p̄cepit dn̄s p̄dicare pp̄ło & testificari: quia ip̄e est, qui cōstitut⁹ ē a deo iudex viuorum, et mortuorum. Huic oēs ꝓphete testimonium p̄hibēt: remissiōem pctōrum accipere per nomen eius: omēs, qui credunt in eum. Adhuc loq̄nte Petro v̄ba hæc, cecidit spūsscts super oēs, qui audiebāt v̄bum. Et obstupuerunt ex circuncisiōe fideles, qui venerāt cum Petro, quia & in natiōes gr̄a spiritussc̄ti effusa est. Audiebāt em̄ illos loq̄ntes linguis & magnificātes deū. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquā ꝓhibere potest: vt nō baptizent̄ hi, qui sp̄m sc̄m acceperunt: sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nr̄i Iesu christi.

¶ Feria tertia sequenti.

Cum audissēt apostoli. Ex actib⁹ aplo℞. ca. viij. In quo posuit p̄dicationē philippi: nūc ponit ꝓfectionē petri ⁊ ioannis in samariam q̄ iam crediderat. Spm̄ scīm. q̄ baptizatis nondū venerat. quē tn̄ illis superuenientibus acceperunt p manū impositionē.

¶ Feria quarta sequenti.

Diligite iusticiam. Ex libro sapiētię: ca. i. Sūt q̄ dicant librū illū esse philonis iudei. Ambrosius Salomōis esse putat. cui oēs fere refragant. Et est hoc libri initiū. in quo autor hortat auditores ad iusticiā / sapiētiāq; amplectendam. Sentite de dn̄o. i. bn̄ de illo sentite. Simplicitate. i. innocētia. Non tētāt. i. qđ possunt asseq̄ rōne hūana expectant a deo. Separāt. quēadmoduz ⁊ bonę coniungunt. Probata v̄tus. s. a deo. Insipiēter. i. p ignorantiā peccantes. In maliuolaz. i. mala appetētem. Spūs disciplinę. i. autor sapientię in discipulo. Effugiet fictū. i. q̄ non q̄rit rem: sz apparētiā rei. Aufe ret se. ab effectu alio q̄ est vbiq;. Sine intellectu. i. sine rōne. Et corripieť. i. punieť ab iniq̄tate. q: pcīm seq̄ns: est pęna p̄cedētis. Spūs sapiētię. subaudi dator. Maledictū. i. hoīez obstinatū in pctis. A labijs suis. i. blasphemijs lingua ppetratis. Linguę auditor. ergo mlto magis operꝫ spectator. Repleuit: q: vbiq; est. Continet omnia. habet per amorem intra se connexa. Scientiam vocis. q̄ est inter illius dona.

¶ Fer. iij. Lectio Actuum Apostolorum. Capite. viij.



IN diebus illis, Cum audissent apostoli, qui erant hierosolymis quia recepit samaria v̄bum dei: miserunt ad eos Petru, m & Ioannem. Qui cum venissent: orauerunt ꝓ ipsis, vt accipent spm̄ scīm. Nondum em̄ in quemquam illorum sup venerat: sed baptizati tm̄ erant in nomine Dn̄i Iesu. Tunc imponebant manus super illos: & accipiebant spm̄ sanctum.

¶ Feria quarta. Lectio libri Sapientię. Capite primo.



IN diebus illis. Dixit Salomō filijs israel. Diligite iusticiam, qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab ijs, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant a deo: ꝓbata autem v̄tus corripit insipientes. Quoniam in maliuolā animā non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito pctis. Spūs em̄ sanctus disciplinæ effugiet fictum: & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripieť a superueniē te iniquitate. Benignus est em̄ spūs sapientiæ, & non liberabit maledictum a labijs suis: quoniam renum illius testis est deus: et cordis ei⁹, scrutator est verus, et linguæ eius auditor. Qm̄ spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc qđ continet omnia, scientiā habet vocis.

¶ Lectio alia.

Per manus apostolorum. Ex actib9 aplorum ca.v. In quo Lucas posuit petri pdicationem ppriam: et mira q faciebat: nunc ponit oim in coe tam pdicationem quam miracula. In plebe. qr pncipes et sacerdotes obstinatiores erant. In porticu Salomonis. vbi erat maior hoim concursus. Coniungere illis. s. ficte timentes ananie penam. Magnificabat. pter mirabiles infirmorum curationes. Que aut sequunt ex dictis manifesta sunt.

¶ Lco Actuum aplorum. Cap. v.

IN dieb9 illis. Per man9 aplorum fiebant signa, & pdigia mlta in plebe. Et erant vnanimiter oes in porticu Salomonis. Ceterorum aut nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos ppls. Magis autem augebat credentium in dno mltitudo virorum, ac mulierum ita, vt in plateas ejicerent infirmos & ponerent in lectulis et grabatis: vt veniente Petro: saltem vmbra illi9 obumbraret quemq3 illorum, et liberarent omes ab infirmitatib9 suis. Cocurrebat aut & mltitudo vicinarum ciuitatum Ierlm: afferentes egros et vexatos ab spiritib9 immundis, qui curabant omnes.

¶ Fer. v. Lco actuum Aplorum. cap. viij.

IN dieb9 ill. Philipp9 descendens in ciuitatem Samarie: pdicabat illis chrm. Intedebant aut turbe his, q a Philippo dicebant vnanimiter audientes, et videntes signa, q faciebat. Mlti em eorum, qui habebant spus immundos: clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici, et claudi curati sunt. Factum est em gaudium magnum in illa ciuitate.

¶ Fer. vi. Lco actuum aplorum. ca. ij.

IN dieb9 ill. Apiens Petr9 os suum dixit. Viri israelite audite vba hec. Iesum nazarenum virum approbatum a deo in vobis vtutib9, et pdigijs, et signis: q fecit p illum de9 in medio vri (sicut scitis) hunc definito cocilio, et pscietia dei traditum p man9 iniqrum affigentes: interemistis. Quem de9 suscitauit solutis dolorib9 inferni: iuxta qd impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid em dicit in eum. Prouidebam dnm in cospectu meo semp: qm a dextris e mihi ne comouear. Propt hoc letatum est cor meum: et exltauit ligua mea: insup, et caro mea requiescet in spe. Qm no derelinqs aiam meam in inferno, nec dabis scm tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite, replebis me iucunditate cum facie tua.

¶ Fer. v. seqnti.

Philipp9 descedens. Ex actib9 aplorum. ca. viij. In q lucas posteaq3 descripsit gesta Stephani diaconi. hic psequit facta philippi apli. Ciuitatem Samarie q fuit metropolis decem tribuum israel: qr ibi erant se minjudei: qm partem legis acceperant: hoc est qnq3 libros Mosi. Intendebant. i. attente audiebant: maxime videntes miracula q ab illo fiebant curando paralyticos, etc.

¶ Feria sexta sequenti.

Aperiens petr9 os suum. Ex actibus aplorum ca. ij. S3 hec verba apiens petr9. ex supiorib9 sunt. Et pbat petr9 p autoritates sacre scripture qd iesus quem iudei crucifixerunt: e messias in lege pmissus. Israelite. iudeos alloquitur faciens illos attentos. Probatum in vob. p miracula / q in psentia vra fecit. Per illum. i. p hoiez chrm. Definito cocilio. i. certa qda dei pdestinatione, p mundi salute. Dolorib9 inferni. qr nec ipse neq3 pres senserunt dolores cum ad illos descedit. Ab eo. i.

ab inferno. Dauid eñi dicit in ps.xv. Ne cõmouear.ne vllã ex pte pturbet. Reqescet in spe.s.resurgẽdi. Animã meã.in morte separatã a corpe. Scẽm tuũ.i.corp9 sine aia.

ℭ Sabbato in vigilia Trinitatis.

Effundã spm.Ex Joele pphã.ca.ij.in q posteaq̃ ppha pdixit.populo bona tpalia.hic pmittit bõa spũalia:qd est cõpletũ in missiõe spũsscti. Super carnẽ.i.holem.

Filij.iuuenes & senes. oẽm etatẽ & sexũ desig nat. Sõnia.i.reuelatiões in somnijs. Sup suos.nõ sint baptizati. Et dabo.hec signa pcedent iudiciũ vniuersale:& qd in sensu lrali sic debeat intelligi: testis ẽ petrus Actuũ.ij. q citat hec vba pphe.

ℭ Alia lectio.

Loquutus est dñs ad Mosen:dicẽs. Ex Leuitico. cap.xxiij. In q agitur de oblatione primiciarum:qd erat in die festi qnq̃gesime. Manipulos spicarum. etiam si nõdum fuerit metendi tps. Libamẽta offerẽtur.cũ paucis q̃ sequũtur:pretermittũtur vsq locũ illuz numerabitis ergo ab altero die sabbati:in q celebrabat pascha vsq ad septẽ hebdomadas integras:qbus pficiunt qnquaginta dies. Sacrificiũ nouum.i.de frugibus. Decimis duabus.ille aũt decime erant partes Ephi. sed amphibologia est an qlibet panis haberet duas decimas:an singuli singulas. In vsum eius.s.sacerdotis.

ℭ Sabbato in vigilia Pentecostes.
Iohelis prophetæ. Capite secundo.



Haec dicit dominus deus. Effundã spiritum meum super omnem carnem:& prophetabunt filij vestri et filiæ vestræ. Senes vestri somnia somniabunt:& iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et sup seruos meos,et ancillas in diebus illis effundam spm̃ meum: & dabo prodigia in cælo & in tera sanguinẽ,et ignẽ & vaporem fumi.Sol conuertetur in tenebras:& luna in sanguinem,anteq̃ veniat dies domini magn9, & horribilis.Et erit omnis quicunq inuocauerit nomen domini:saluus erit.

ℭ Lectio libri Leuitici.Cap.xxiij.

IN dieb9illis.Loquutusq est domin9 ad Moysen, dicens.Loquere filijs israel:& dices ad eos.Cum ingressi fueritis terram:quã ego dabo vobis:et messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primicias messis vestræ ad sacerdotem:qui eleuabit fasciculum coram domino : vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbati,& sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulum primiciarum septem hebdomadas plenas,vsq ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimẽ:quinquaginta dies,& sic offeretis sacrificiũ nouũ domino: ex omnibus habitaclis vr̃is.Panes primitiarum duos de duabus decimis sile fermentatæ:q̃s eleuabit sacerdos corã domino.Cũq eleuauerit eos sacerdos cum panibus primiciarum corã domino:cedent in vsum eius.Et vocabitis hunc diẽ celeberrimum atq sctissimum.Omne op9 seruile nõ facietis in eo.Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis:& generationibus vestris.Dicit dominus omnipotens.

¶ Lcō libri Deuteronomij. Ca. xvj.

IN dieb⁹ ill'. Dixit Moyses ad filios isrl'. Septē hebdomadas nūerabis tibi ab ea die, q̄ falcē in segetē miseris, et celebrabis diē festū hebdomadarū dño deo tuo oblationē spōtaneā manus tuę, quā offeres iuxta bñonē dñi dei tui, et epulaberis corā dño deo tuo: tu & fili9 tu⁹: & filia tua: et seru⁹ tu⁹, & ācilla tua, & leuites, q est intra portas tuas: et aduena, ac pupillus, et vidua: q morant̄ vobiscū in loco, quē elegerit dñs deus tuus: vt habitet nomē ei⁹ ibi. Et recordaberis qm̄ seruus fueris in ęgypto: custodiesq; ac facies, q̄ tibi p̄cepta sunt. Solēnitatē q̄q; tabernacłorum celebrabis per septē dies qñ collegeris de area, et torcłari fruges tuas: & epulaberis in festiuitate tua: tu et fili⁹ tu9 & filia: & seruus tu⁹: et ācilla tua: leuites q̄q; et aduena: et pupill9 & vidua: et q intra portas tuas sunt: septē dieb⁹ dño deo tuo festa celebrabis: in loco, quē elegerit domin9. Benedicetq; tibi dñs de⁹ tu⁹ in cūctis frugib⁹ tuis: et in omi ope manuū tuarū: erisq; in lęticia dicit dñs ops.

¶ Lcō libri Leuitici. Cap. xxvj.

IN dieb⁹ ill'. Dixit domin9 ad Moysen. Loq̄re filijs isrl'. Si in p̄ceptis meis ābulaueritis: & mādata mea custodieritis, & feceritis ea: dabo vobis pluuias tpib⁹ suis: et terra gignet germē suū: et pomis arbores replebunt̄. Apphendet messiū tritura vindemiā: & vindemia occupabit sementē: et comedetis panē vr̄m in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra. Dabo pacem in finib⁹ vr̄is: dormietis: et nō erit, qui exterreat. Auferā malas bestias: & gladi9 nō trāsibit terminos vr̄os. Perseq̄mini inimicos vr̄os, & corruēt carā vobis. Perseq̄nt̄ quinq; de vr̄is centū alienos: & centū ex vobis decē millia. Cadent inimici vr̄i gladio in conspectu vr̄o. Respiciā vos, et crescere faciā: mltiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscum. Et comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis supueniētib⁹ pijcietis. Ponā tabernaclm meū in medio vr̄i: et nō abijciet vos vltra aīa mea. Ambulabo int̄ vos: & ero de⁹ vr̄ vosq; eritis ppl's me9. Dicit dominus ops.

¶ Alia lectio.

DIxit Moses ad filios israel. Septē hebdās. Ex Deutero. ca. xvj. & est materia eadē cū p̄cedēti lcōne. Septē hebdās. q̄ [vt supra diximus] ɔficiūt dies q̄nq̄ginta: in q̄rū fine celebrabat̄ festū oblationis. In segetē. quādo messuisti manipulos p̄miciarū: sȝ mirū est qd dicit cū eo tpe nōdū frumenta sint matura ad metēdū. Epulaberis. et addit octo hoīȝ gn̄a: cū q̄bus epulaturus est. Qd fueris suus. atq; p inde grat⁹: & memor libertatis adeptę. Solēnitatē tabernaculo℞: q̄ celebrat̄ mēsę septēbri. & ita colligitur qd hec tria sunt festa illo℞ p̄cipua.

¶ Lectio alia.

LOq̄re filijs israel Si in p̄ceptis. Ex Leuitico. ca. xxvj. In q̄ pmittit bona hebręis si p̄cepta sua suauerint: & ɔtra mala si neglexerit. Tpib⁹ suis. q: intēpestiue poti⁹ nocēt: quā prosunt. Tritura vindemiā. q: messiū collectio p̄ę multitudine & copia ɔtinuabit̄ vindemię. Absq; pauore ab hostib⁹ vr̄is. Pactū meū. qd pepigi cū Abraā. Vetustissima veterū. i. fruct⁹ āni p̄teriti ptingēs fruct⁹ futuri: itaq; noui excludēt veteres. Tabernaculū meū. i. ero & habitabo vobiscum / vt possitis me familiariter consulere.

Lectio alia.

Angelus dñi descendit. Ex Daniele propheta. cap.iij. In quo ponitur liberatio trium puerorum ex fornace ignis et ipsorum hymnus ex liberatione. Et sociis eius.s. Anania et Misaele. Uno ore.spiritu sancto dictante illis verba et verborum modulationem. Nomen glorię. scz tetragramatō. idest quattuor litterarum. In templo ad humanitatem chr̄i referri potest: in qua Deus habitat. In throno. et hoc ad virginem deiparam. Abyssos.idest spūs damnatos et infideles angeli. Firmamento.idest cęlo empyreo. Cetera patent ad finem vsq̃.

Lectio Danielis prophetæ. Ca.iij.



IN diebus illis. Angel9 autem dñi descendit cū Azaria, et sociis eius in fornacē,& excussit flāmā ignis de fornace,& fecit medium fornacis q̄si ventū roris flātem. Flāma aūt diffusa est sup fornacē cubitis q̄draginta nouē:& incendit q̄s reperiit iuxta fornacē de chaldæis ministros regis,q eum incendebāt:& nō tetigit eos oīno ignis. nec cōtristauit:nec quicq̄ molestiæ intulit. Tunc hi tres q̄si ex vno ore laudabant,et glr̄ificabāt:& benedicebāt deū in fornace:dicētes. Bn̄s es dñe de9 patrum nr̄orum:& laudabilis,et glr̄iosus,et super exaltatus in sc̄la.& benedictum nomē glr̄iæ tuę scr̄m laudabile & sup exaltatum in oīb9 sc̄lis.Bn̄s es dñe in templo sc̄tō glr̄iæ tuę:& superlaudabilis,et sup glr̄iosus in sc̄la.Bn̄s es in throno regni tui:& superlaudabilis & superexaltat9 in sc̄la.Bn̄s es,q intueris abyssos:& sedes super cherubin,& laudabilis & superexaltatus in sc̄la.Bn̄s es in firmamēto cæli:et laudabilis,& glr̄ios9 in sc̄la. Bn̄e oīa opa dñi dño:bn̄e cęli domino: Bn̄e āgeli dñi domino:hymnū dicite,et supexalate eū in sc̄la.Bn̄e aq̄ oēs,q̄ super cęlos sunt dño,bn̄e oēs v̄tutes domini domino. Benedicite sol& lūa domino:hymnū dicite,et supexaltate eū in sc̄la.Benedicite stellę cęli domino:benedicite hymber et ros domīo.Bn̄e oīs spūs dei dño: hymnū dicite & superexaltate eū in sc̄la.Bn̄e ignis & ęst9 dño:bn̄e frigus & ęstas domino.Bn̄e rores et pruina dño:hymnū dicite & superexaltate eū in sc̄la.Bn̄e glacies et niues dño:bn̄e noctes & dięs domīo. Bn̄e lux & tenebræ dño:hymnū dicite,et supexaltate eū in sc̄la.Bn̄e frig9,et ęstas dño:benedicite pruina & niues dño.Bn̄e fulgura et nubes dño:hymnū dicite et supexaltate eū ī sc̄la.Benedicat t̄ra dominū:bn̄e mōtes & colles dño.Bn̄e oīa nascētia t̄rę dño:hymnū dicite et superexaltate eū in sc̄la. Bn̄e maria & flumīa dño:bn̄e fōtes dño.Bn̄e cete et oīa,q̄ mouēt in aq̄s domino:hymnū dicite et supexaltate eū in sc̄la.Bn̄e oēs volucres cæli do:bn̄e oēs bestię et pecora dño.Bn̄e filii hoīm dño:hymnū dicite et superexaltate eū in sc̄la.Benedicat isr̄l dn̄m:laudet et supexaltet eū ī sc̄la:bn̄e sacerdotes dñi domīo.Bn̄e serui dñi dño:hymnū dicite et superexaltate eū in sc̄la.Benedicite spūs et animæ iustorum dño. Benedicite sc̄ti et hūiles corde domino:hymnū dicite et superexaltate eū in sc̄la.Bn̄e anania azaria misael dño:hymnū dicite et supexaltate eū in sc̄la.

¶ Lectio Actuum Apostolorum. Capite.xiij.

IN dieb9 illis. Cōuenit vniuersa ciuitas audire ṽbū dñi. Vidētes aūt turbas iudei repleti sunt zelo: et cō tradicebāt his, q̄ a paulo dicebant blasphemantes. Tunc cōstāter Paulus, et Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primū loqui ṽbū dei: sed qm̄ repellitis illud: & indignos vos iudicatis vitæ æternæ: ecce conuertimur ad gētes. Sic em̄ p̄cepit nobis dñs. Posui te in lucē gentiū, vt sis in salutē vsq; ad extremū terræ. Audiētes aūt gētes gauisi sunt: & glficabāt ṽbū dñi: & crediderūt q̄tq̄t erāt p̄ordinati ad vitā ęternā. Disseminabat aūt ṽbum dñi p vniuersam regionē. Iudei aūt cōcitauerūt mulieres religiosas, & honestas: & primos ciuitatis: & excitauerūt psecutionē in Paulum, et Barnabā: & eiecerunt eos definib9 suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt iconium. Discipuli quoq; replebātur gaudio, & spiritu sancto.

¶ Dñica in Trinitate. Apocalyp.ca.iiij.



IN dieb9 ill. Vidi ostiū aptū in cælo, & vox prima, quā audiui tanq̄ tubæ loquentis mecū, dicēs. Ascēde huc: et ostendā tibi, q̄ oportet fieri cito. Post hęc statim fui in spū: & ecce sedes posita erat in cælo: & supra sedē sedēs: & q̄ sedebat sitis erat aspectui lapidis iaspidis, et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis sitis visiōis smaragdinæ, et in circuitu sedis sedilia viginti q̄ttuor: & supra thronos viginti q̄ttuor seniores sedētes circūamicti vestimētis albis: & in capitib9 eorū coronas aureas, et de throno pcedebāt fulgura, & voces, & tonitrua, et septem lāpades ardētes āte thronū, q̄ sunt septē spūs dei. & in cōspectu sedis tanq̄ mare vitreū site crystallū. & in medio sedis, & in circuitu sedis q̄ttuor aīalia plena ocłis ante & retro. & aīal primū site leoni, et scd'm aīal site vitulo: et tertiū aīal hñs faciē q̄si hoīs. & q̄rtū aīal site aqlę volāti: & q̄ttuor aīalia: et singła eorū habebāt alas senas: et in circuitu, et int9 plena sunt ocłis. et requiē nō habebāt die ac nocte: dicētia. Sctūs, Sanctus,

¶ Lectio alia.

COnuenit vniuersa ciuitas Ex actib9 aplo℞ ca.xiij. In q̄ postea q̄ posuit apostoli pauli p̄dicationē factā in Antiochiam pisidię. hoc in loco ponit ↄtradictionē p̄ncipū synagogę aduersantiū paulo. Vniuersa ciuitas.s. antiochēsiū. Repleti zelo.s.inuidię. ⁊ nō amoꝛis. Blasphemātes.i.maledicētes ⁊ detrahētes. Vob̄ p̄mū.q2 chrs p̄ncipaliter vēit ppt oues israel. Cōuertimur ad gētes. q̄ꝛ vocatiōe futura est scriptura sacra. Pręcepit dñs. cū dixit. eritis mihi testes in ierusalē. In lucē gētiū. Esa.xlix. Gauisi sūt.s. de sua ↄuersiōe ⁊ salute. Pręoꝛdinati. i. a deo p̄destinati. Excusso puluere. sicut dixerat saluatoꝛ. Matthęi.x. Venerunt iconium. quę est ciuitas.

¶ Dominica in Trinitate.

VIdi ostiū aptum in cęlo. Ex apocalypsi.ca.iiij. In q̄ ponit reuelatio facta Ioāni: ijs de rebus / q̄ ptinent ad fidē ecclesię vniuersalē. ⁊ p̄mo describitur dei maiestas reuelāt. Vox quam audiui. hęc vox erat angeli. Quę opz fieri. ex dei oꝛdinatiōe. Iaspidis ⁊ sardinis. lapilli sunt p̄ciosi. Iris. arcus celestis. Smaragdinę. q̄ est vi9

ex coloribus iridis. Viginti q̄ttuor seniores. tale ꝯsortiū ad maiestatē p̄sidētis pertinet. De throno. s. dei. Septē lampades. et qd p illas intelligat̄ ip̄e subdit qd sunt septē sp̄us scti dona. Mare vitreū. p qd significat̄ sacrm baptismi. Quattuor aialia. p q̄ intelligūt q̄ttuor euāgelistę. Alas senas. i. q̄libz aial alas sex. Qui erat. p hoc d̄signat̄ dī ęternitas. Procidebant. s. adorantes deū viuētē in secula seculorū i. in vitam ęternam.

Fer. q̄rta seq̄nti.

Respōdēs aūt Petrus. Ex actibus ap̄loꝝ ca v. In q̄ postea q̄ Lucas posuit icrepatione ap̄loꝝ: q̄ dicebant̄ ꝯcitare plebē inducēdo nouā doctrinā. hic pōit respōsuz petri et ap̄loꝝ. Exaltauit p resurrectionē. et ad celū ascēsionē. Penitētiā. i. t̄ps penitēdi. Sum⁹ testes. q interfuim⁹. Dissecabātur. i. fremebant. Honorabilis. i. q̄ habebat̄ ab oīb⁹ honori. Ad breue. s. t̄ps. vt i apostoloꝝ absentia loq̄retur. Theodas. cui⁹ rei etiā. Joseph⁹ meminit. Esse aliquē. i. magnū. Persius sese aliquē credēs. Occisus ē. a Fudo (scz) Syrię p̄side. Judas galileus alteꝝ exemplū ad hoc iducit. In dieb⁹ ꝓfessiōis. q̄b⁹ q̄sq ibat in ciuitatē suaꝫ: vt ibi ꝓfiteret̄ nomē suū et familię. Et nūc. applicat hęc exēpla ad negociū p̄sēs hoc. Cōsiliū hoc. i. doctrina. Dissoluet̄ sicut hoꝝ q̄s dixit. Cōsenserūt illi. s. Gamalieli. Cęsis. i. vberatis apostolis: puta pugnis et alapis. Gaudētes. tametsi vulnerati.

¶ In festo corpis Chr̄i.

Ego em̄ accepi a dño. Ex. j. epistola

Sanct⁹. Dn̄s de⁹ omp̄s: qui erat: & qui est: & q venturus est. et cū darent illa aīalia gl'ia: et honorē: et bn̄onē sedenti super thronum viuenti in sc'la sc'lorum: ꝓcidebāt viginti q̄ttuor seniores ante sedem in throno: & adorabāt viuentem in sc'la sc'lorum. Amen.

¶ Fer. iiij Actuum ap'lorum Cap. v.

In dieb⁹ ill'. R̄ndens aūt Petrus & ap'li: dixerunt ad plebē. Obedire oportet deo: magis q̄ hoīb⁹. Deus patrū n̄rorū suscitauit iesum, quē vos interemistis: suspēdētes in ligno. Hūc principē, et saluatorē de⁹ exaltauit dextera sua ad dādā poenitētiā isrl', et remissionē pctōrū: et nos sum⁹ testes horum v'borū: & sp̄us scs, quē dedit de⁹ oīb⁹ obediētib⁹ sibi. Hęc cū audissent dissecabāt̄: et cogitabāt īterficere illos. Surgēs aūt qdā in cōcilio pharisę⁹ noīe Gamaliel legisdoctor honorabilis vniuersę plebi: iussit foras ad breue hoīes fieri. Dixitq ad illos. Viri israelite attēdite vob̄ sup oīb⁹ istis: quid acturi sitis. Ante hos em̄ dies extitit Theodas dicēs se esse aliquē. Cui cōsensit nūer⁹ virorū circit̄ q̄drigētorū: q occis⁹ est: et oēs, q credebāt ei: dissipati sūt: et redacti ad nihilū. Post hūc extitit iudas galilę⁹ i dieb⁹ ꝓfessiōis: et auertit pp'lm post se, et ip̄e piit: & oēs q̄tq̄t cōsenserāt ei: disp̄si sunt: et nūc itaq dico vob̄: discedite ab oīb⁹ istis: et sinite illos. Q̄m si est ex hoīb⁹ cōsiliū hoc, aut op⁹ dissoluet̄. Si vero ex deo est: nō poteritis dissoluere: ne forte et deo repugnare videamini. Cōsenserunt aūt illi: et cōuocātes ap'los: cęsis denūciauerāt ne oīno loq̄rent̄ in noīe iesu: et dimiserāt eos. et illi quidem ibāt gaudentes a cōspectu cōcilii, q̄m digni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliā pati. Oī aūt die nō cessabāt i tēplo, et circa domos docētes, et euāgelizātes iesum chr̄m. ¶ In festo corpis chr̄i. Ad Cor. j. ca. xj.

Frēs. Ego em̄ accepi a dño qd' et tradidi vobis. Q̄m dn̄s ies⁹ in q̄ nocte tradebat̄, accepit panē:

et grās agēs, fregit et dixit. Accipite, et mādūcate. Hoc est corp⁹ meum, qd̄ p̄ vobis tradet. Hoc facite ī meā cōmōnē. Silr, et calicē postq̄ cenauit, dicens. Hic calix nouū testamētū ē ī meo sanguīe. Hoc facite, q̄tiēscūq̄ biberitis in meā cōmōnē. Quotiēscūq̄ em̄ mādūcabitis panē hūc: et calicē bibetis, mortē dn̄i ānunciabitis: dōec veniat. Itaq̄ qcunq̄ mādūcauerit panē, et biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corpis, et sanguīs dn̄i. Probet autem seip̄m hō: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui em̄ mādūcat: et bibit indigne, iudicium sibi mādūcat et bibit: et nō dījudicās corp⁹ dn̄i,

¶ Dn̄ica .j. post trinitatem. Ioānis. j. ca. iiij.

CHarissimi. De⁹ charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nob̄: qm̄ filiū suū vnigenitum misit de⁹ in mūdū, vt viuam⁹ per eū. In hoc ē charitas: nō q̄si nos dilexerim⁹ deū: sed qm̄ ip̄e prior dilexit nos: et misit filiū suū ꝓpiciationem ꝓ pctīs nr̄is. Charissimi: si dilexit nos de⁹: et nos debem⁹ alterūtrum diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligim⁹ inuicē: de⁹ in nobis manet: et charitas ei⁹ in nob̄ ꝑfecta est. In hoc cognoscim⁹: qm̄ in eo manem⁹, et ipse in nobis: qm̄ de spū sctō suo dedit nobis, et nos vidimus, et testificamur, qm̄ pr̄ misit filiū suū saluatorē mundi. Quisquis cōfessus fuerit: qm̄ iesus est fili⁹ dei, de⁹ in eo manet: & ipse in deo. Et nos cognouim⁹ et credimus charitati, quā habet de⁹ in nobis. De⁹ charitas ē: et qui māet in charitate: ī deo māet: et de⁹ ī eo In hoc. n. ꝑfecta ē charitas dei nobiscū: vt fiduciā habeam⁹ in die iudicij, quia sicut ille ē: et nos sum⁹ in hoc mūdo. Timor nō est in charitate, sed ꝑfecta charitas foras mittit timorē: qm̄ timor pœnā hēt. Qui aūt timet: nō ē ꝑfect⁹ in charitate. Nos ergo diligam⁹ deum: qm̄ ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: qm̄ diligo deum, & frēm suū oderit: mendax est. Qui em̄ nō diligit frēm suum, quē videt: deum, quem non videt quō potest diligere? Et hoc mādatum habem⁹ a deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

pauli ad Cor. ca. xj. In q̄ ap̄ls ōn̄dit huius sacramēti dignitatē. A dn̄o. s. dn̄o reuelante. Jesus. s. a q̄ est sacramētoꝝ institutio. Tradebat. s. a iuda ꝓditore. Fregit. ante ꝯsecrationē. itaq̄ ꝑ ꝓlepsim hoc dicit. Hoc ē corpus meum. v̄ba sūt ꝯsecratiōis nouū testamētū. in q̄ ꝓmittūt̄ bōa spūalia sic̄ i veteri tp̄alia. Annūciabit̄ .s. rep̄sentando ip̄am per hoc sacr̄m. Donec veniat. ad iudiciū vltimū. Itaq̄: hortat̄ ad hoc sacr̄m digne accipiendū. Reus erit. i. puniet̄: ac si chr̄m occiderit Probet se. i. ꝯsciētiā suā examinet. Et sic. s. digne accipiēdo. Non dijudicans. i. discernens ab alijs cibis.

¶ Dn̄ica. j. post trinita.

DEus charitas ē. Ex epistola ioā. j. cap. iiij. In q̄ apostolus hortat̄ fideles ad charitatē ꝓximi: dicēs: qr q̄ frēm diligit: ē ex deo: et ē filius: ⁊ nō diligit ⁊c. In hoc dei exēplo idē facit: q̄ nos dilexit. Viuamus per eū: vitā grē. Propiciationē: qr sic fecit nos deo amicos ex inimicis per pcc̄m. Nemo vidit: nihilominus tn̄ in nob̄ habitat. Vidimus: hūanitatē chr̄i oculis corporalibus. Deus ī eo manet. s. per grāz. In die iudicij: qr

hec dilectio dat nob̄ securitatem. Sicut ille est bn̄faciēs in celo iustis ⁊ iniustis: ita ⁊ nos debemus facere amando bonos ⁊ malos: amicos ⁊ inimicos, alia patent.

¶ Feria quarta sequenti.

Non regnet pctm. Ex epistola pauli ad Rom. ca. vi. In quo induxit fideles ad dimittendũ pctm: hic oñdit dimittẽdi modũ. Ut obediatis. qz q̃ est subditus pcto trahit ab appetitu irrationali. Mẽbra vr̃a. q̃ sunt instrumẽta bñ aut male oparandi. Arma iusticie. i. bonoꝝ opeꝝ instrumẽta. Nõ dñabitur. i. fomes inclinans ad peccanduz.

Sub lege mosaica. q̃ grãm non ꝯferebat. Peccauimus. q̃si dicat: nõ peccauimus. An nescitis. q̃si dicat: scire debetis. Siue pcti. qz q̃ facit pctm fuꝰ ẽ pcti. In formã doctrinę. s. catholicę per chr̃um et ab apostolis diuulgatę.

¶ Feria sexta sequenti.

Non cesso grãs. ex epistola pauli ad Ephe. ca. i. vbi posteaq̃ pmisit salutationem in pncipio epistolaꝝ dici solitam: agit deo grãs de illoꝝ ꝯuersiõe ad fidẽ ⁊ mutua charitate. In agnitionẽ eius. i. vt illum cognoscatis. Quę sit spes. i. credentes q̃d sperare debeãt. Quę diuitię. vñ nobis det pmia. In nos. ad nob bñfaciẽdum. In chr̃o. i. per christum. Oẽ nomẽ. vltra q̃ttuor ordines spirituum / q̃s noiauit: vsq3 ad vltimã hierarchiaz. Sub pedibus eius. cũ data est illi oĩs potestas in celo ⁊ in terra. Mat. vltimo. Super ecclesiaz tam militantẽ q̃ triũphãtẽ. Corpus ipsius. s. mysticũ. Qui oĩa. ordo est. plenitudo eius ad impleť. i. pficiť per eũ. q̃ oĩa in oĩbus operať. i. per christum.

¶ Feria quarta beati Pauli. Ad Romanos. Capite. vi.

Fratres. Non regnet pctm̃ in vr̃o mortali corpore: vt obediatis cõcupiscentĳs eius sed neq3 exhibeatis membra vr̃a, arma iniquitatis pcto, sed exhibete vos deo tanq̃ ex mortuis viuẽtes: et mẽbra vr̃a arma iusticiæ deo. Pctm̃ em̃ vobis nõ dñabitur. Non em̃ sub lege estis: sed sub grã. Quid ergo? Peccauimus: qm̃ non sumus sub lege, sed sub grã? Absit. An nescitis qm̃ cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eiꝰ, cui obedistis, siue pcti ad mortem: siue obeditiõis ad iusticiam? Grãs autem deo, q̃ fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis. Liberati aũt a peccato, serui facti estis iusticię. Per iesum christũ dominum nostrum.

¶ Fer. vi. Bti Pauli ad Ephesios. Cap. i.

Frẽs. Non cesso grãs agens ꝓ vobis memoriam vr̃i faciens in orõnibꝰ meis, vt deus dñi nr̃i Iesu christi pr̃ glĩæ det vobis spm̃ sapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eiꝰ, illuminatos hr̃e oculos cordis vr̃i, vt sciatis q̃ sit spes vocatiõis eius: & quę diuitiæ glĩæ hæreditatis eiꝰ in sanctis: & q̃ sit supereminens magnitudo ṽtutis eiꝰ in nos, qui credimus secũdum operationẽ potentiæ ṽtutis eiꝰ: quam operatus est in christo: suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus supra oẽm principatũ, & potestatem, & ṽtutẽ, & dñationem, & omne nomen, qd̓ nominatur, non solum in hoc sæculo: sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius: & ip̃m dedit caput supra omnem ecclesiam: quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Dñica. ĳ.

¶ Dominica secunda post Trinitatem.

Nolite mirari si odit vos mundus. Ex epistola Joannis. j. cap. iij. In quo posteaque induxit fideles ad charitatē: nunc deterret illos ab odio. Si odit vos. q2 opa mūdi maligna sunt & sine charitate. De morte ad vitam. & hoc per charitatem. In morte. i. in pctō. Homicida est. sui & alterius quē odit. Vitam. q̄ confertur per gratiam.

¶ Dominica secunda. Beati Ioannis apostoli. Capite. iij.



Charissimi. Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniā diligamus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis q̄m omnis homicida: non habet vitā æternā in se manentem. In hoc cognouimus charitatē dei, q̄m ille ꝓ nobis aīam suam posuit: & nos debemus ꝓ fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiā huius mundi: & viderit frēm suum necessitatem habere: & clauserit viscera sua ab eo, quō charitas dei manet in eo? Filioli mei nō diligamus ꝟbo neq3 lingua: sed opere & veritate.

Cognouimus. per experientiam. Pro fratrib9. s. corpalē ꝓ spūali illoꝝ. Qui habuerit. duos ponit cas9: in quo eleemosyna de necessitate facienda est: qđ si non fecerit. non erit in eo charitas.

¶ Fer. iiij. Beati Pauli ad Colossen. Cap. iij.

Fratres. Mortificate mēbra vr̄a, q̄ sunt super terram, fornicatiōem immundiciā, libidinē, concupiscentiā malā, & auariciā, q̄ est simulachrorum seruitus. Propter q̄ venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus et vos ambulastis aliquando cum viueritis in illis. Nunc autē deponite & vos omnia/ irā/ indignatiōem/ maliciā/ blasphemiā/ turpē sermonem de ore vr̄o. Nolite mentiri inuicem: expoliātes vos veterem hoiem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouat in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui creauit eum: vbi non est masculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, circuncisio & ꝑputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber. Sed omnia & in omnibus christus.

¶ Fer. iiij. seq̄nti.

Mortificate membra vr̄a. Ex epl'a pauli ad Colossen̄. ca. iij. In q̄ apostolus inducit Colossenses ad ꝯfuandam vitę sctimonia3 ꝓ fugam vitioꝝ. Super terram. i. q̄ sunt ad pręsentē vitam pertinētia. Idoloꝝ seruitus. q2 auarus magis colit pecuniam q̄ deū. Propt q. s. vitia superiora. Ira dei. i. vindicta. Incredulitatis. i. q̄ nō credūt credēda. Vos ambulastis. āte ꝯuersiōe3. Nūc deponite. s. vitia spūalia. Mētiri inuicem. decipiētes vos. Veterē hominez. i. vitia illa gentilitatis vestrę ante conuersionem. Nouum hominem. qui est renouatus per baptismum & dei cognitionem Imaginē eius. i. partem rationalem/ q̄ est dei imago. nam irrationalis similis est bestijs. Masculus & fęmina. q̄ nō est distinctio ex parte mētis: sed corporis. In omnib9 chr̄s. sine distinctiōe sexus & nationis.

¶ Feria sexta sequenti.

Haec est annunciatio. Ex epistola.j.ioannis ca.j. In quo posito proemio accedit ad institutionem fidelium/ijs de rebus.q̃ maxime ad fidem pertinent. Annunciatio.i.euangelium. Audiuimus ab eo.s.a verbo incarnato. Lux est.ioan.ix. Ego sum lux mũdi. In tenebris.s.culpę ⁊ ignorantię. Mentimur.s.verbo. Veritatem non facimus.s. opere. nam veritas etiam in operibus est. Ethicorũ.iiij. In luce ambulamus. iuste viuendo. Societatem habem⁹.s.in charitate viuentes. Emũdat nos. per sacramenta. Seducimus nos. q2 non sumus in societate cũ deo. Cõfiteamur.s.nos esse peccatores. Peccauimus.in p̃terito. Mendacem eum fecimus.q2 sępe in scriptura dicit:quod nemo immunis est a culpa.

¶ Dñica.iij.post Trinitatem:

Humiliamini sub potẽti manu dei. Ex epistola petri.j. capite.v. In quo posteaq̃ instituit seniores:hic instituit iuniores.s.maxime ad humilitatem et obedientiam. Omnẽ solicitudinem.nõ quod sint negligentes:sed qd a deo sit omne bonũ putãtes. Sobrij.in victu ⁊ vestitu. Circuit.parans vobis insidias in q̃s incidatis. In fide. charitate informata. Et fraternitati.i.fratribus vr̃is q̃ sunt p oẽm mundũ dispsi:q̃ eadẽ patiũtur. Ois grę.s.largitor. In modicũ passos. q2 pęna temporalis breuis est.

¶ Feria sexta. Beati Ioannis apli.j. Capite.j.

CHarissimi. Hæc est annunciatio,quam audiuimus ab eo:& annunciamus vobis:quoniã de⁹ lux est:& tenebræ in eo non sunt vllæ. si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo,& in tenebris ambulamus:mentimur:& non facimus veritatem. Si autem in luce ambulamus:sicut & ipse est in luce,societatem habemus ad inuicem:& sanguis Iesu christi filij eius emundat nos ab omni pctõ. Si dixerimus: quoniam pctm non habemus,ipsi nos seducimus:& veritas in nobis non est. Si confiteamur pctã nr̃a,fidelis est & iustus,vt remittat nobis pctã nr̃a:& emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus:quoniã nõ peccauimus:mendacem facimus eum:& verbum ei⁹ in nobis non est.

¶ Dominica.iij. Beati Petri apostoli.j. Capite,v.



Charissimi. Humiliamini sub potenti manu dei:vt vos exaltet in tpe visitatiõis. Omnẽ solicitudinem vr̃am piicientes in eum:qm̃ ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate:quia aduersarius vr̃ diabolus tanq̃ leo rugiens circuit q̃rens,quem deuoret,cui resistite fortes in fide,scientes eandem passionem ei,q̃ in mundo est vr̃æ fraternitati fieri. Deus autẽ omnis grę,qui vocauit nos in ęternam suam glĩam in chr̃o iesu modicum passos:ipse perficiet:cõfirmabit,solidabitq̃. Ipsi glĩa & imperium in sæcula sæculorum.

¶ Fer.iiij. Beati Pauli ad Colossenses. Capite,iij.

¶ Feria quarta sequenti.

Omne qdcunq3 facitis. Ex ep̄la pauli ad Colossen̄. ca. iij. in quo loco ap̄ls induxit ad pfectionē opis. In noie chri. oia in ei9 gloriā referētes. Pri p ip̄m. qr mediator est int nos z deū in oibus. In dn̄o. i. in licitis z honestis/nā in turpib9 nō licet. Amari esse. i. duri z difficiles. Obedite parētib9. q̄s debere honorari etiā in p̄ceptis legalibus tradidit. Ut nō pusillo aio fiāt. siue fugā arripiētes. siue nō potētes vob obtēperare pter seuiciā vr̄aȝ. Ad oclz. i. nō tm̄ in p̄sentia: sz etiā in absentia. Placentes. i. vt illis placeāt. Timētes dn̄m. i. placentes deo z nō hoibus. Ex aio. i. volūtarie z nō coacti.

FRēs. Omne qd̄cunq3 facitis in v̄bo aut in opere: oīa in noīe dn̄i nr̄i iesu chr̄i: gr̄as agentes deo et pr̄i per ip̄m. Mulieres subditę estote viris: sicut oportet in dn̄o. Viri diligite vxores vr̄as: & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parētib9 p oīa: hoc em̄ placitum est in dn̄o. Pr̄es nolite ad indignationē puocare filios vr̄os: vt nō pusillo aīo fiāt. Serui obedite per oīa dn̄is carnalib9: nō ad oclm seruiētes: q̄si oib9 placētes: sed in simplicitate cordis timētes dn̄m. Qd̄cūq3 facitis: ex aīo operamini: sicut dn̄o & nō hoībus: scientes, q̄ a dn̄o accipietis retributionem hæreditatis. Per iesum chr̄m dn̄m nr̄m.

¶ Fer. vj. Beati Petri apl̄i i. Cap. j.

CHarissimi. Reportātes finē fidei vr̄æ salutē aīarū vr̄arum. De q̄ salute exquisierunt: atq3 scrutati sunt pphetę: qui de futura in vobis gr̄a pphetauerunt scrutātes, in qd̄ vel q̄le tp̄s significaret in eis sp̄ūs chr̄i: p̄nunciās eas, q̄ in chr̄o sunt passiōes, & posteriores gl̄ias: quib9 reuelatū est: quia nō sibimetipsis. Vobis aūt ministrabāt ea: q̄ nūciata sunt vobis per eos: qui euāgelizauerunt vobis sp̄ū sc̄tō misso de cælo: in quē desiderāt āgeli p̄spicere. Propter qd̄ succincti lumbos mētis vr̄ę sobrij, pfecti, sperate in eā, q̄ offeret vobis gr̄am in reuelationē iesu chr̄i: q̄si filij obedientiæ, non cōfigurati priorib9 ignorātiæ vr̄æ desiderijs: sed secundum eum, qui vocauit vos sanctum: vt & ipsi sancti in omni conuersatione sancti sitis. Quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusq3 opus: in timore incolatus vestri tempore conuersamini.

¶ Fer. vj. seq̄nti.

REportātes finē fidei. Ex epistola petri. j. ca. j. Pēdet autē lctō ex supioib9 (nā dixerat in quē nūc q3 vidētes creditis.) Credētes aūt exultabitis lętitia inenarrabili z glificata. tūc seq̄r. Reportātes finē fidei. s. salutē aiaȝ. In qd̄ vel q̄le. scȝ sal9 illa p chrȝ eēt vētura. Passiōes z gl̄ias. vt Esaię. ca. liij. Nō sibimetipsis. s. pphetis. Uob. p̄nūciando q̄ vr̄is tp̄ib9 erāt futura. Spū scto. in die pētecostes. In quē. s. sp̄m sctm cū trinitate. Propt qd̄. i. qr estis filij dei p adoptionē. Succincti lumbos. i. casto corpe z mēte. In reuelationē. i. p reuelationē. Cōfigurati. i. ɔformati. Scd̄m eū. s. deū. Scriptū est. Leuiti. xix. Et si pr̄em inuocatis. i. qr inuocatis.

Incolat9 vr̄i. i. vitę et alludit ad illō psalmistę. Incolatus meus plongatus est.

¶ Dominica quarta post trinitatem.

